


1500 fl

[illegible] [illegible] [illegible] ([illegible] [illegible] [illegible]

auch [illegible] 65 fl 3 [illegible] 37 ß [illegible] gut [illegible]

richtigkeit gebracht, und ob ich auf diese

[illegible] beständige documenta zu producieren

HENRICI SMETII ALOSTANI PROSODIA

IN NOVAM FORMAM DIGESTA:

In qua voces plurimæ de nouo additæ: pleræque etiam ad similia remissiones, nouis exemplis suppletæ:

Singularum verò syllabarum quantitas, in rudiorum gratiam, notulis productionem breuitatemq́; earum indicantibus, ad marginem notatur.



ANTVERPIÆ
APVD IACOBVM MEVRSIVM
Anno M. DC. LII.

AD ADOLESCENTEM POETICES CANDIDATVM PRÆLOQVIVM

SMetianam Prosodiam nulli non poëseos studioso notam, talem hîc tibi, Adolescẽs dilectissime, exhibemus, qualem hactenus Typographorum in Germania aut in Gallia nemo: partim quia auctiorem, partim quia nouo schemate adornatam, & commodiorem in vsum digestam. Quorsum, inquies, & cur falcem in messem mittis alienam? vt tuis commodis subseruirem, &, quem tibi non satis liquidò indicata syllabarum nonnullarum quantitas adferre posset, scrupulum nouâ hac industriâ eximerem. Placuit ergo, è virorum peritiorum, & commoda tua profectumque in studiis spectantium consilio, vocales dubias notulis -, υ (quibus longitudo & breuitas indicari vulgò solet) supernotare, vt ex iis, etiam non inspecto Poëtæ exemplo, quantitas eius quam quæritas, syllabæ tibi vltrò velut in oculos incurrat. In quo naturalem & communiorem omnium quantitatem sum secutus. In eis autem syllabis, in quibus muta & liquida consonans simul concurrit, semper natiuam & genuinam quantitatem notaui, nulla con-

ſonantium concurrentium habita ratione, vtpote quas in vocalibus naturâ breuibus, protrahi corripique pro libitu componentis paſſim videmus: in productis vero nullo modo breuiari. Hebrææ verò voces, vt *Abel, Ieremias, Iacobus*, & ſimiles, rariſſimè notulis notantur, cùm quia natiua earum quãtitas hodie nos latet; tum quia à poëtis poſterioris æui, pro libitu & arbitratu promiſcuè eas protrahi contrahiúe patet. Notantur verò omnes ſyllabæ primæ & mediæ, præterquam illæ quarum quantitas occurrente diphthongo, vel interiecta poſitione ſatis euidens eſt. Vltimæ quoque ſyllabę non aliter multis in locis ſignantur, quàm dum earum quantitas aut ambigua eſt, aut ob raritatem minùs cognita, aut Græcam Proſodiam redolet, aut genitiuus earum à recti quantitate deſciſcit.

Suſtuli quoque (quantum quidem licuit) multis in locis verba inflexa, deriuata, declinataque, quòd ea, (caſum variatum ſi excipias) à primigenio primitiuoq; verbo quod immediatè præcedebat, quoad reliquas ſyllabas minimè euarient: è quo, cui vel mica iudicij ſit, deriuati quantitatẽ facili negotio indaget. Nam adeò nemo eſt in Grammaticis, & nominum ac verborum inflexionibus hoſpes & peregrinus, quin, ſi primitiui verbi, perſonæ primæ, caſus recti, vociſque po-

ſitiuæ

sitiuæ quantitatẽ iam norit, scit statim, quæ deriuati, reliquarum personarum ac casuũ, graduumque Comparatiui & Superlatiui, quantitas sit, quæue naturalis dimensio, collecturus. Quod exemplo tibi ad oculum hîc demonstrabo. Si v, g. in *nobilis* primam produci, secundam breuiari videat, non erit adeò insulsus, quin intelligat quidquid inde descendit, eiusdem quantitatis necessariò futurum, vt *nobili*, *nobilem*, *nobilium*, *nobilibus*, *nobilia*, *nobilior*, *nobiliora*, *nobilissimus*, *nobilitas*, *nobilitare*, *nobilitatus*, *a*, *um*, & quidquid demum inde efformatur. Sic cùm in *abeo* prima corripiatur, necesse simul est eamdem in *abis*, *abit abimus*, *abitis*, *abeunt*, *abibam*, *abibas*, *abibat*, &c. *abibo*, *abibis*, *abibit*, *abibimus*, &c. *abite*, *abeunto*, *abire*, *abiens*, *abeuntis*, *abiturus*, *abitu*, *abitus*, & ceteris personis & temporibus quorumcumque modorum breuiari. Idem de reliquis nominibus ac verbis esto iudiciũ. Si tamen contingat vocem deriuatam aut compositam à suo originario ac simplici euariare, vtriusque, quoad licuit, exemplis allatis, quantitatem indicare voluimus: idque ne vel ipse, quantitatis inscius, turpiter impingeres: aut nos ea te frustrantes, negligentiæ insimularemur.

Quia verò Græcorum vocabulorum quantitas nonnisi è Prosodia Græca, (cuius ipse nondum es capax) & veterum Poëta-

 rum

rum (quos habuit Græcia plurimos) auctoritate cognosci potest, rarissimè autem ex accentuum signatione, cùm quantitas & accẽtus propè semper à se dissentiant, nec syllaba producta perpetuò notetur accentu, breuis eo careat; sed hic iuxta Grammaticalium regularum præscripta promiscuè (id est tam in natura breuibus, quàm productis, & ancipitibus) collocetur: idcirco visum fuit in gratiam rudiorum (neque enim pro doctioribus labor hic assumptus est, ne à Smetio quidẽ; vtpote qui id genus subsidiis minimè opus habent) Græcos versus aut planè tollere, aut eorum certè loco Latinos (maximè cùm vocula in Latinam coloniam commodè migrare potuit) vel classicorum Poëtarum, vel nostros (quod & in remissionibus plerisque à nobis factitatũ videbis) substituere. Quamquam hoc minimè necessum fuit, cùm vocalium quæ in singulis ad marginem positis vocibus occurrunt, quantitas, etiam non productis Poëtarum testimoniis, ex illis, quarum priùs meminimus, notulis, breuitatem longitudinemúe signantibus, satis superque tironibus patescat.

Præterea plurimas hinc inde voces, quas non attigerat Smetius, (quarum proinde quantitatẽ hoc è libro eruere rudiores non poterant) de nouo inseruimus. Non tamen omnes, quæ quidem desiderari à quopiam pos-

poſſent: quis enim id præſtet? Sed magis in Poëtis obuias. etenim alteri editioni,(ſi qui- dem vitam dederit Deus) curam hanc reſer- uamus. Contrà alias parum notas, & puerili- bus auribus inſuetas ſuſtulimus.

Quod verò omnium maximè à rudioribus, & tẽporis inopia laborantibus deſiderari vi- debatur, id hac in editione vltrà ne deſidera- retur curauimus. Etenim earum vocũ, qua- rum quantitatem alicunde è ſimili & affini vocabulo petere iubebãtur; vel è Plauti, Te- rẽtij, aliorumque id genus Comicorum ver- ſibus ſemper nimis quàm dubijs expiſcari co- gebantur; dimenſionem nouo, tam aliũde al- lato, quàm recenter compoſito carmine plu- rimis in locis exhibuimus, aut certè dictorũ Comicorum verſus ad certam carminis ali- cuius, in Poëſi præſcripti, normã reduximus.

Si quando autem Poëtæ Latini, vel licen- tia poëtica, vel etiam Græcorum (quibus ni- mirum maior eſt in carmine ſuo dimetiendo libertas) imitatione, à communi metrorum lege, in ijs quæ depromuntur exemplis, tam quoad verbum in margine productum, quàm in alia quapiam carminis vocula, deſciſcunt: quando, inquam, aut concurrentes voca- les per Synæreſin contrahunt, aut occur- ſantes in fine dictionum non elidunt, aut naturâ breues in fine verbi poſitas protra- hunt, (idque vel ob geminam in ſequenti

dictione consonantem, vel ob mutam cum liquida, vel etiam solam liquidam occurrentes, vel etiam ratione cæsuræ;) aut natura, deriuatione, formatione longas breuiant; aut alia demum quacumque licentia quoad carminis dimẽsionem vtuntur, id vbique addito in fine versus asterisco * innuere placuit, ne quod Poëtę à pueris erratum impingatur. Ergo adnexus asteriscus significat aliquid in versu occurrere, quod licentiam metri vel quantitatis redoleat.

Ceterùm quia nimia illa quoad syllabarũ quantitatem libertas, quam nonnulli Poëtę, præsertim Ecclesiastici, vel posterioris æui sine vllo ad natiuam earum quantitatem respectu vsurpant, veris poëseos amatoribus displicet, nec pueris ceu imitatione digna, passim proponenda est; ideo omnia eiusmodi vocabula, quæ illi contra naturalem productionem breuitatemq; breuiant vel protrahunt, à communi vocabulorum serie datâ operâ secreuimus, & ad libri calcẽ vno velut fasce comprehensa reiecimus, non tam vt ea puer temerè & sine delectu imitetur, quàm ne id genus exemplis eum frustraremur. Hinc videas eos in *ænigma*, *copula*, *enecãs*, *eneruatus Florianus*, *fient*, *sphæra*, primam cõtra vel naturam, vel morem antiquorum corripere, sicut secundam in *Abdera*, *Ecclesia*, *eremus*, *Idumę*, *imbecillus*, *lauacrum*, *rhomphæa*, *Seuerinus*,

nus, valetudo, verecundia. Simili modo tertiam contrahere in *æmulamentum, anachoreta, calceamentum inchoamentum, inquietatus, paracletus, pollicebantur.* Posteriorem quoque breuem facere in *dæmon, dispar, fames, proles. Vlysses, vulpes.* Contrà producere primam præter morem veterum non raró in voculis, *an, bis, Didymus, meridies, Seleucia, sinus* pro littore, *spado*; secundam in *conditio, redimitus, sacrificium*, quemadmodum & in nonnullis aliis, præter artis poëticæ leges, aut antiquorum exempla & consuetudinem faciunt. quod tirones minimè volumus imitari. Iisdem quoque famialiare est, subinde vocales natura breues in dictionis extremo occurrentes (vt dixi) ob consonantes vel duas discretas, vel vnicam duplicem, qualis x & z in capite sequentis vocabuli constitutas, iure quasi positionis producere: quamquam non absque exemplo vetustiorum. Sic enim Virgilius;

Drymoq́ue, Xantoq́ue, Ligeaq́ue, Cymodoceq́ue.

& Ouid.

Cæranon, Iphitidemq́ue Alastoraq́ue Chromiumq́ue.

Adde, quód & gerundia in *do* plerumque indifferenter vsurpent: etsi non sine exemplo antiquorum: ita enim Tibullus.

Auferet ipse meum pariter medicando dolorē.

& Iuuenalis:

Plurimus hic æger moritur, vigilando, sed illum.

Verùm quidquid id eſt, veterum veſtigiis inſiſtere conſultiſſimum cenſeo.

Habet autem hæc noſtra editio illud ſingulare, quòd innumera, quibus priores penè omnes ſcatebant, menda, quæ ſenſum commodum interturbabant & deprauabãt, in ea ſublata ſint, carmina media pleraque ſuppleta, & quorumdam incerti metri loco alia certi ſubſtituta. Non quòd auſim ipſam ab omni errore liberam eſſe iurare; hoc tamen aſſerere poſſum, ſi quæ tum in notulis, tum in Poëtarum verſibus occurrunt, ea præter mẽtem noſtram irrepſiſſe.

Illud poſtremò indicatum cupio, nihil hîc te, quod caſtas illibataſque aures & animos offendat, tam in ſerie vocabulorum, quàm in Poëtarum verſibus, inuenturum: nam tametſi in eo Smetius vſque adeò religioſus non fuerit, vtpote qui non pauca obſcænum ſonantia vocabula ad marginem ponere religioni ſibi non duxit, vt & Poëtarum verſus ſubinde ſat impuros adferre; in hac tamen editione illa omnia viſum fuit penitus recidere, quin & verba in verſibus alioquin honeſti vocabuli occaſione productis liberiora occurrentia ſubmouere, eorumque loco alia æquè commoda ſubſtituere, ne, dum ingeniũ adornare & expolire poëtica ſcientia cupimus, animus verbi alicuius ſpurci inſtillatione occultè coinquinetur.

Vtere

Vtere proinde, ſtudioſe Adoleſcens, hac in rem tuam opera noſtra, &, quem tui ſolius commodi cauſa laborem ſuſcipere non ſubterfugimus, æqui boniq́ue conſulas rogo. Vale Antuerpiæ X. Kal. Septembr. anni 1631.



CATA-

CATALOGVS

Veterum Poëtarum & auctorum, quorum versus hoc libro producuntur, & quo plerique tempore vixerint.

Accius, } *ante Christum.*
Æmilius Macer, }
Afranius, }
Albinus, }
Alcimus Auitus, *anno Domini* 409.
Alphius Auitus, *anno* 440.
Ambrosius, *anno* 399.
Amœnus.
Andromachus, *sub Nerone.*
Anthologiæ Græcæ.
Angelus Politianus, *vixit anno* 1481.
Arator, *anno* 560.
Archithrenius, *seu*, Ioannes Sarisberiensis, *vixit anno* 1118.
Aristophanes, *ante Christum.*
Augustus Cæsar, *ante Christum.*
Auienus, *sub Theodos. seniore.*
Auitus Alcimus, *anno* 490.
Aulus Serenus, *ante Christum.*
Aurel. Olymp. Nemesianus, *sub Caro.*
Ausonius, *anno* 400.
Baptista Mantuanus, *anno* 1490.
Cæcilius, *ante Christum.*
Calphurnius, *cũ Nemesiano, sub Caro, anno* 288.

Catul-

Catullus,
Cicero,
C. Cilnius Mœcenas,
Cinna Heluius. } *ante Christum.*
Claudianus, *anno* 400.
Cnetius Matius, *ante Christum.*
Columbanus, *anno* 480.
Columella,
Cor. Gallus,
Cor. Nepos,
Cor. Seuerus,
Cratinus, } *ante Christum.*
Cunradus Celtes, *vixit anno* 1470.
Cyprianus, *anno* 256.
Damasus, *anno* 386.
Domitius Marsus, *ante Christum.*
Dracontius, *anno* 530.
Drepanius *anno* 380.
Ennius, *ante Christum.*
Eucheria, *poëtria.*
Fannius Palæmon, *sub Claudio.*
Fortunatus, *anno* 570.
Fulgentius, *anno* 497.
Furius Bibaculus, *ante Christum.*
Gerbertus, *anno* 983.
Germanicus Cæsar, *ante Christum.*
Gratius, *Ouidij coætaneus.*
Gregorius Magnus, *anno* 596.
Hadrianus Cæsar, *anno* 130.
Helpidius Rusticus, *anno* 500.

Hesio-

Hesiodus, *ante Christum.*
Hilarius, *anno* 360.
Homerus, *ante Christum.*
Horatius, *ante Christum.*
Iulius Lacer.
Iuuenalis, *sub Domitiano.*
Iuuencus, *anno* 332.
Laberius, *ante Christum.*
Lactantius, *anno* 332.
Laurea Tullius, *ante Christum.*
Laurent. Lippius, *anno* 1482.
Licentius, *cum Augustino.*
Licinius Caluus, *ante Christum.*
Liuius Andronicus, *ante Christum.*
Lucanus, *sub Nerone.*
Lucilius, *ante Christum.*
Lucretius, *ante Christum.*
Mamercus, *anno* 480.
Manilius, *ante Christum.*
Marcellus, *sub Theodos. seniore.*
M. Varro, *ante Christum.*
Martialis, *sub Domitiano.*
Martianus Capella, *anno* 470.
Marullus *sub Antonino.*
Maximianus, *sub Galli nomine.*
Merobaudus Episcopus, *anno* 1050.
Næuius, *ante Christum.*
Nemesianus *cum Calphurnio.*
Oppianus, *sub Bassiano Caracalla.*
Ouidius Naso, *ante Christum.*

Pacu-

Pacuuius, *ante Christum.*
Palæmon Fannius, *ſub Claudio.*
Palladius.
Paulinus Conſul, *anno* 372.
Paulinus Epiſcopus, *anno* 460.
Pedo Albinouanus, *ante Chriſtum.*
Pentadius.
Perſius Flaccus, *ſub Nerone.*
Petronius Arbiter, *anno* 40.
Plautus, *ante Chriſtum.*
Pomponius, *ante Chriſtum.*
Portius Licinius, *ante Chriſtum.*
Porphyrius, *ſub Conſtantino.*
Priſcianus, *ſub Iuſtiniano.*
Propertius, *ante Chriſtum.*
Proſper, *anno* 465.
Prudentius, *anno* 400.
Publ Mimus, *ante Chriſtum.*
Q. Catulus, *ante Chriſtum.*
Q. Serenus Samonicus, *anno* 240.
Q. Rhem. Fannius Palæmon, *ſub Claudio.*
Rufinus Floridus, *anno* 414.
Rufus Feſtus Auienus, *ſub Theodoſio ſeniore.*
Ruſticus Helpid. *anno* 500.
Rutilius Cl. Numatianus, *ſub Honorio, an.* 400.
Sedulius, *anno* 430.
Seneca Tragœdus, *anno* 50.
Septimius Serenus, *ante Chriſtum.*
S. Seuerus, *anno* 390.
Sidon. Apollinaris, *anno* 460.

Silius

Silius Italicus, *ſub Domitiano.*
Statius Papinius, *ſub Domitiano.*
Sulpitia, *poëtria ſub Domitiano.*
Sulpitius Lupercus Seruaſtus.
Symmachus, *Auſonij coætaneus, anno* 400.
Symposius Cœlius.
Terentius, *ante Chriſtum.*
Terentianus, *anno* 440.
Tertullianus, *anno* 210.
Theocritus, Tibullus, Titinnius, T. Valgius, Turpilius, *ante Chriſtum.*
Valerius Cato, *ante Chriſtum.*
Valerius Æditus, *ante Chriſtum.*
Valerius Flaccus, *anno* 80.
Varius Valgus, *ante Chriſtum.*
Varro Atracinus, *ante Chriſtum.*
Victor Maſſilienſis, *anno* 460.
Victorinus Afer, *anno* 356.
Victorinus Pictauienſis, *ante Conſtantinum.*
Virgilius Maro, *ante Chriſtum.*
Vlpius Egnatius.

HEN-

HENRICI SMETII

PROSODIA:

SYLLABARVM POSITIONE AVT DIphthongis carentium quantitates nudis Poëtarum exemplis demonstrans.

Virgil.	*A Te principium, tibi desinet, accipe iussis.*	ā
Prud.	*Saerycolæ summi, summus nam fertur Aaron.*	Aarōn
Tertul.	*Hic Aaron est virga crucis, quæ germina profert.*	
Virg.	*Non gemere aeria cessabit turtur ab vlmo.*	ăb
Virg.	*——Medio iam noctis abactæ.*	ăbactus, a, um
Prud.	*Quis messoribus Abacuc propheta.* Pha.	ăbăcuc
Iuuenal.	*Ornamentum abaci, nec non & paruulus infrà.*	ăbăcus
Persius.	*Nec qui abaco numeros & secto in puluere metas.*	ăbăcō
Ouid.	*Solus Abantiades ab origine cretus eadem.*	ăbantĭădes
Ouid.	*Caucaseumq; Abarim, Sperchesiademq; Lycatum.*	ăbăris
Virg.	*Et quâ vectus Abas, & quâ grandæuus Alethes.*	ăbās
Lucan.	*Hic Abathos quàm nostra vocat veneranda vetustas.*	ăbăthos
Anon.	*——Solióque sedens abauunculus alto.*	ăbăuuncŭlus
Anon.	*Sunt abaui, tritauique tibi, & stirps clara parentū.*	ăbăuus
	vide Breuio & breuis.	abbrĕuĭo
Propert.	*Parce oculis hospes lucóque abcede verendo.*	abcēdo
Alcim.	*Insignes pueros, Sidrach, Misach, Abdenagoq;.*	abdĕnāgo
Ouid.	*Aut te deuoueat certis Abdera diebus.*	abdēra
Mart.	*Abderitanæ pectora plebis habes.*	abdērītānus
Mart.	*Si versus facit, abdices poëtam.* Phalec.	abdĭcās
Paulin.	*Quid abdicatas in meam curam pater?* Iamb.	abdĭcātus
Ouid.	*Quid faciat crudele suos abdicere amores.*	abdīco, is
Virg.	*Abdiderat sese, atque aris inuisa sedebat.*	abdĭdĕram
Horat.	*Abdiderint furtim terris & imagine circa.*	abdĭdĕrim
Virgil.	*Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris.*	abdĭdi
Horat.	*Indiciis monstrare recentibus abdita rerum.*	abdĭtus
Iuuenal.	*Montani quoque venter adest abdomine tardus.*	abdōmen
Virg.	*Quid soceros legere, & gremiis abducere pactas?*	abdūco
Idem.	*Tollite me Teucri, quascumque abducite terras.*	abdūcĭte
Anon.	*Sanguineas abedit carnes tabóque fluentes.*	ăbĕdo, is
Victor.	*At viuo gaudere lucro dignissimus Abel.*	Abel
Tertull.	*Huius Abel iustus pastor pecudúmque magister.*	
Prud.	*Deo offerendum sancti Abelis ferculo* Iamb.	ăbēlis
Cyprian.	*Atque Cain hic nomen habet, cui iunctus Abelus.*	ăbēlus
Virg.	*Et quos malifera despectant mœnia Abellæ.*	ăbella
Horat.	*Pauca, abeo, & reuocas nono post mense, iubésque.*	ăbĕo

ăbĕam	*Montibus his abeat, videas & flumina sicca.*	Virg.
ăbĕram.	*Tityrus hinc aberat, ipsæ te, Tityre, pinus.*	Idem.
ăbĕro	*Vsquam aberit, cùm tu supplex in rebus egenis.*	Idem.
ăberro	*Finibus à patriis, pelago iactatus, aberrat.*	Anon.
ăbessālon	*Solus Abessalon, lacerans pia viscera ferro,*	Prud.
ăbes	*Victor, abes, nec scire mihi quæ causa morandi.*	Ouid.
ăbest	*Æneas ignarus abest, nunquamne leuari.*	Virgil.
ăbesse	*Vicini queror has abesse furto.* Phal.	Mart.
ăbĕuntibus	*Littore Trinacrio, dederatq; abeuntibus heros.*	Virg.
abfōre	*——Nos si pellant, nihil abfore credunt.*	Virg.
abfŭĕrim	*Si dolor abfuerit, crede, redibit amor.*	Propert.
ăbhinc	*Scriptor abhinc annos centum qui decidit, inter.*	Horat.
ăbhorrĕo	*Mens præsaga mali propiùs succedere abhorret.*	Anon.
ăbī	*Discipulum, securus abi, vinceris vt Aiax.*	Iuuenal.
ăbībam	*Haud secus Androgeos visu tremefactus abibat.*	Virg.
ābībo	*Excidet, aut in aquas tenues dilapsus abibit.*	Virg.
abiectūs	*Tum super abiectum posito pede, nixus & hasta.*	Virg.
ăbĭes	*Populus in fluuiis, abies in montibus altis.*	Virg.
ăbĭĕte	*Ædificant, sectaq; intexunt abiete costas.**	Virg.
ăbĭetĭbus	*Abietibus iuuenes patriis, & montibus aquos.**	Virg.
	Nam quis equo pulsus abiegno nosceret arces?	Prop.
ābĭegnus	*Induit abiegnæ cornua falsa boui.*	Idem.
ăbĭgo	*Abigatq; moto noxias aues panno.* Scazon.	Martial.
abĭīcio	*Hæc tu, quam lubet, abijce, eleuaq;.* Phal.	Catull.
abĭĭcĭto	*Abiicito potius quàm quo proferre iuberis.*	Horat.
ăbĭi	*Nox abijt, oriturq; aurora, Palilia poscor.*	Ouid.
ăbīre	*Ardet abire fuga, dulcesq; relinquere terras.*	Virg.
ăbīs	*Quò tantum mihi dexter abis? huc dirige cursum.*	Virg.
ăbisti	*Sed raptum tibi centies abisti.* Phal.	Mart.
ăbīt	*Auctor abit operis, sed tamen exstat opus.**	Pedo.
ăbīre	*Pallentes procul hinc abite curæ.* Phal.	Mart.
ăbirem	*Teter vt immundæ carnis abiret odor.*	Mart.
ăbĭtus	*Amphitryoniades armenta, abitumq; pararet.*	Virg.
āb intĕgro	*Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo.*	Virg.
ābiūrātus	*Abstractæq; boues, abiuratæq; rapinæ.*	Virg.
ablātus	*Dixit & in siluas pennis ablata refugit,*	Virg.
ablēgo, as	*Vllius subeant ablegandæ Tiberim vltra.*	Iuuenal.
ablūdo	*Pan eris, hæc à te non multùm abludit imago.*	Horat.
ablŭĕro	*——Donec me flumine viuo Abluero.——*	Virg.
ablŭĭtūrus	*Membrorum maculas puro ablutura natatu.*	Prud.
ablutus	*Et lætum socius abluta cæde remisit.*	Virg.
ablŭuĭum	*vide* Diluuium.	
abnĕgo	*Abnegat excisâ vitam producere Troiâ.*	Virg.
abnĕpōtes	*Natos, nepotes, abnepotes editos.* Iamb.	Prud.
abnŏba	*Abnoba mons Istro pater est, cadit Abnoba hiatu.*	Auienus.
abnŭi	*Abnuit in liquidis ire pedester aquis.*	Mart.
abnŭĕram	*Abnueram bello Italiam concurrere Teucris.*	Virgil.
ăbŏlĕo	*Matris Acidaliæ paulatim abolere Sichæum.*	Virgil.
ăbŏlesco	*Inque dies primos abolescere quæque creata.*	Lucret.
ābolla	*Non hoc Crispinus te, sed abolla rogat.* Pentam.	Mart.

Horat.	*Parentibúsque abominatus Annibal.* Iamb.purus.	ăbōmĭnātus
Prud.	*Abomineris tangere.* Iamb. dim.	ăbōmĭnĕris
Senec.	*Fer abominandam nunc opem nato parens* Iamb.	ăbŏmĭnandus
Lucret.	*Corpore, & infringi linguam, vocémque aboriri.*	ăbŏrīri
Septim.	*Tibi vetus ara caluit Aborigeneo Sacello*——— Iab.	ăbŏrīgĕnĕus
Iuuenal.	*Et quòd abortiua non est opus illa voluptas.*	ăbortīuus
Prud.	*Abradit, spoliisque vngues exercet ahenos.*	abrādo
Idem.	*Scalpella tingit, dum putredo abraditur.* Iamb.	abrādĭtur
Idem.	*Abrahæ genus est verum, cui sanguis in ore.*	abrahæ
Idem.	*Eripit Abraham cum stirpe & gente fideli.*	
Arator.	*Principium meminisse iuuat, Deus inquit Abrahā.*	abraham
Helpid.	*Ducit Abram, fidei meritum est, nec parcere nato.*	abram
Prud.	*Abram parenti dictus, Abraham Deo.* Iamb.	
Paulin.	*Pauper in Abrahamo, diues in igne iacet.*	abrahāmus
Anon.	*Abramides iugulum destricto subiicit ensi.*	abrămīdes
Prop.	*Qua sacer abripitur cæco descensus hiatu.*	abrīpĭo
Persius.	*Abrodens ait hæc, an siccis dedecus obstem.*	abrōdo
Anon.	*Nescio cur dictis abroget ille fidem.*	abrŏgo
Lucan.	*Abrotonum, & longè nascentis cornua cerui.*	abrŏtŏnum
Victor.	*Conclusa miserans, terris abscedere magnum.*	abscēdo
Virgil.	——*Tectisque abscedito nostris.*	abscēdīto
Mart.	*Abscidit vultus ensis vterque sacros.* Pentam.	abscīdi à cædo
Catull.	*Abscidit, ô misero frater adempte mihi.*	abscĭdi à scindo
Virgil.	*Protinus aëreas Phæacum abscondimus arces.*	abscondĭmus
Lucret.	*Aut procul absiliebat vt acrem exciret odorem.*	absĭlĭo
Anon.	*Non vultu absimilis matri non moribus infans.*	absīmĭlis
Virg.	*Prælia nec victo possunt absistere ferro.*	absistĕrĕ
Tibull.	*Tunc procul absitis quisquis colit arte capillos.*	absītis
Mart.	*En quanto iacet absoluta casu.* Phalæc.	absŏlūtus
Horat.	*Si dicentis erunt fortunis absona dicta.*	absŏnus, a, um
Idem.	*Ridiculus totas simul absorbere placentas.*	absorbĕrĕ
Ouid.	*Vna fugit, gaudétque meris abstemius vndis.*	abstēmĭus
Iuuenal.	*Abstineas igitur damnandis huius enim vel.*	abstĭnĕam
Mart.	*Non se conuiuis abstinet ille suis.*	abstĭnĕo
Prud.	*Illic ditatæ parcus abstinentia* Iamb.	abstĭnentĭa
Horat.	*Abstinuit venere & Bacco qui Pythia cantat.*	abstĭnŭi
Seuer.	*Sacrilegæ bustis abstinuere manus.*	abstĭnŭērē
Ouid.	*Abstrahere inde potest; sed opaca fusus in herba.*	abstrăhĕre
Virg.	*Abstrusa in venis silicis, pars densa ferarum.*	abstrūsus
Mart.	*Abstulit hanc nimium casus in vrbe frequens.*	abstŭli
Mart.	*Abstulerat miseris tecta superbus ager.*	abstŭlĕram
Catull.	*Tam bellum mihi passerem abstulistis.* Phalæc.	abstŭlistis
Virg.	*Ambesas subigat malis absumere mensas.*	absūmĕrĕ
Horat.	*Absumet hæres Cæcuba dignior.* Alcaic.	absūmĕt
Ouid.	*Tristia deformes pariunt absynthia campi.*	absynthĭum
Lucan.	*Et cadit Adriacas spumans Absyrtus in vndas.*	Absyrtus
Virg.	*Tum contrà Iano, terrorum & fraudis abundè est.*	ăbunde
Idem.	*Rursus abundabit fluidus liquor, omniáque in se.*	ăbundābam
Idem.	*Dardaniam Siculo prospexit abusque Pachyno.*	ăbusque
Catul.	*Diuûm ab fallendos numine abusum homines.* Pent.	ăbūsus, particip.

 ăbūto

àbūtor	*Conſtituet fruges,& Bacchi nomine abuti.*	Lucret.
ăbūtĕrĕ	*Sed iam parce mihi, nec abutere Neruia Quincto.*	Mart.
ăby̆dēnus	*Mittit Abydenus, quam mallet ferre, ſalutem.*	Ouid.
ăby̆dos	*——In ſpeculis omnis Abydos erat.* Pent.	Ouid.
ăby̆la	*Maura Abyla, & dorſo conſurgit Iberica Calpe.*	Auien.
ăbyſſus	*Obice terrarum patrium ſordentis abyſſi.*	Alcim.
āc	*Si ſapiat, vitet ſimul ac adoleuerit ætas.*	Horat.
	Daphnonas platanos,ac aerias cypariſſos.	Mart.
ācăcĭa	*Acaciă,Propolinq́;, & Adarcen,Cnicon,Acanthis.*	Marcell.
ăcādēmī	*Atque inter ſiluas Academi quærere verum.*	Horat.
	In Latium ſpretis Academia migrat Athenis.	Claud.
ăcădēmĭa	*Inq́; Academia vmbrifera, nitidoq́; Lycæo.*	Cicero.
ăcænĭtus	*Diſcipulis cuſtos præmordet Acanitus ipſe.*	Iuuenal.
ăcălantĭs,ĭdĭs	*——Reſonant acalanthida dumi.*	Virg.
ăcanthĭs	*His animos noſtri dum verſat Acanthis amici.*	Prop.
ăcanthidă	*Aſtyle credibile eſt, ſi vincat acanthida cornix.*	Calphur.
ăcanthō	*Et molli circum eſt anſas complexus acantho.*	Virg.
ăcanthus	*At Myos exiguum flectit Acantibus iter.*	Prop.
ăcarnan	*Hũc Salius ſimul & Patron,quorum alter Acarnã.*	Virg.
ăcarnānes	*Sic vt Acarnanes ſubierunt prælia furto.*	Gratius
ăcaſtus	*Vix ſocer Iphiclus,vix me grandæuus Acaſtus.*	Ouid.
accēdam	*Eleuet,accedat, examenq́; improbum in illa.*	Perſius
accēdo	*Infernas accede domos,& auerna per alta.*	Virgil.
accēdĕre	*Sin has non poſſim naturæ accedere partes.*	Virgil.
accēdĕt	*Tutus quos optas portus accedet Auerni.*	Virg.
acceſsĕrim	*Explorare nouos,quas vento acceſſerit oras.*	Idem.
accĕlĕro	*Accelera, & fratrem, ſi quis modus, eripe morti.*	Idem.
accĕlĕrēmus	*Acceleremus, ait, Cyclopum educta caminis.*	Virgil.
accendĕrĕ	*Ære ciere viros. Martemq́; accendere cantu.*	Virg.
accēpi	*Non thalamus Tyrio fragrans accepit amomo.*	Virgil.
accēpĕrim	*Egregius,ſi vnquam regnandam acceperit Albam.*	Idem.
accēpērunt	*Accepere tuæ Romula vincla manus.*	Prop.
accĭpĭt	*Accipit in Teucros animum mentemq́; benignam.*	Virg.
accĭpĕre	*Hinc ſceptra accipere,& primos attollere faſces.*	Virg.
accĭpĭebam	*Illos porticibus rex accipiebat in amplis.*	Virg.
accĭpĭenda	*Nunc anus,& tremulo vix accipienda grabato.*	Mart.
accĭpĭmus	*Accipimus,Fauno Picus pater,iſq́; parentem.*	Virg.
accĭpĭte	*Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta.*	Idem.
accersīte	*Adueniet iuſtum pugnæ, ne accerſite tempus.*	Virg.
accersītus	*Accerſitus erat ſomnus in oſſa mea.*	Prop.
accĭdo,*à* cado	*Accidit hæc feſſis etiam fortuna Latinis.*	Virgil.
accĭdiſſem	*Nollem accidiſſet,hoc tibi Saletane.* Scazon.	Mart.
accīdo, *à* cædo	*Protinus accidit truncatis vndique membris.*	Anon.
accīſus	*Acciſis coget dapibus conſumere menſas.*	Virg.
accībam	*Palmas, horriferis accibam vocibus orcum.*	Lucret.
accīre	*Si,Turno exſtincto,ſocios ſum accire paratus.*	Virgil.
accīrem	*Accirent proceres Erycino vertice ſignum.*	Prud.
accītus, *particip*	*Spem ſi quam accitis Ætolûm habuiſtis in armis.*	Virgil.
accītus,*nom,*	*Regius accitu cari genitoris ad vrbem.*	Virgil.
accingĭtur	*Hortatur ſocios, paribusq́; accingitur armis.*	Idem.

accingo

Anon.	*Cùm cœpit cantare prior, mox accinit alter.*	accĭno
Virg.	*Quam facilè accipiter saxo sacer ales ab alto.*	accĭpĭter
Horat.	*Pacuuius docti famam senis Accius alti.*	accĭus
Sidon.	*Acclamatio sibilans corona.* Phal.	acclāmātĭo
Virgil.	*Arboris accliuis trunco procul area ramis.*	accliuis
Virgil.	*Accola Vulturni, pariterq́ Saticulus asper.*	accŏla
Virg.	*Accolet, imperiúmque pater Romanus habebit.*	accŏlo
Virg.	*Est curuo amfractu vallis accommoda fraudi.*	accommŏdus
Virg.	*Induitur laterí q́ Argiuum accommodat ensem.*	accommŏdo, as
Horat.	*Scribere te nobis, tibi nos accredere par est.*	accrēdo
Seuer.	*Et lapis accretus, regerendis ignibus aptus.*	accrētus
Horat.	*Inuidia accreuit priuatos, quæ minor esset.*	accrēui
Mart.	*Quantò minor adhuc, nec accubare.* Phal.	accŭbāre
Virgil.	*Accubat, & manibus prohibet contingere mensas.*	accŭbāt
Mart.	*Hic opus est pictis accubuisse thoris.*	accŭbŭisse
Sedul.	*Dignatus nostris accubitare thoris.*	accŭbĭtāre
	vide Concubitus.	accŭbĭtus
Anon.	——*Tres possum reliquis accudere nummos.*	accūdo
Virg.	*Conciliat, tu das epulis accumbere diuûm.*	accumbĕre.
Virgil.	*His saltem accumulem donis, & fungar inani.*	accŭmŭlo
Prud.	*Ac foueat fœtos accumulata sinus.*	accŭmŭlātus
Anon.	*Accurata dabit nobis hic præmia princeps.*	accūrātus
Mart.	*Accuras rumpisq́ coquum, tanquam omnia cruda.*	accūro, as
Prosper.	*Iustitiam accusare Dei transire finentis.*	accūsāre
Iuuenc.	*Exin terribilis iusti accusatio surgens.*	accūsātĭo
Iuuenal.	*Accusator erit, qui verbum dixerit hic est.*	accūsātŏr
Iuuenal.	*Accusatori nollet dare plurima felix.*	accūsātorī
Auienus.	*Iuxta superbum mons Acer caput exserit.* Iamb.	ăcer, *mons*
Ouid.	*Dedicat, at nuper vile fuistis acer.*	acer, *arbor*
Seren.	*Hinc bibis, aut aceris radicem tundis, & vna.*	ăcĕris
Iuuenal.	*Acer & indomitus libertatisq́ magister.*	ācer, *adiect.*
Mart.	*Difficilis, facilis, iucundus, acerbus es idem.*	ăcerbus
Virg.	*Præcipuè cùm iam trabibus contextus acernis.*	ăcernīs
Propert.	*Stipes acernus eram, properanti falce dolatus.*	ăcernus
Lucil.	*Farre aceroso olet decumano pane coëgit.*	ăcĕrōsus
Virgil.	——*Et plena supplex veneratur acerra.*	ăcerra
Virg.	——*Et vacuis Clanius non æquus Acerris.*	ăcerræ, *vrbs*
Virg.	*Vndique collecti inuadunt, acerrimus Aiax.*	ācerrĭmus
Iuuenal.	*Vendit Acersecomes, si nullum in coniuge crimen.*	ăcersĕcŏmes
Horat.	*Non domus & fundus, non æris aceruus & auri.*	ăceruus
Alcim.	*Quem mirum cecidisse putes: nam crimen aceruat.*	ăceruo, as
Horat.	*Sincerum est nisi vas, quodcumque infundis acescit.*	ăcesco
Fannius.	*Hic vbi præcipitem scopuli fundunt Acesinen.*	ăcĕsĭne
Virg.	*Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes.*	ăcestes
Virgil.	*Corpus vbi exanimi positum Pallantis Acetes.*	ăcētes
Mart.	*Amphora Niliaci non sit tibi vilis aceti.*	ăcētum
Anon.	*Fert & acetablum manibus mensaq́ reponit.*	ăcētābŭlum
	vide Acetum & Auiarium.	ăcētārium
Ouid.	*Nec potes infestis conferre Charybdin Achæis.*	ăchæus
Ouid.	*O quoties dices, quàm pauper Achaia nostra est!*	ăchāïa

 ăchaïs,

ăchaĭs, ĭdis	*Perque tot Æmonias, & per tot Achaidis vrbes.*	Ouid.
ăchāĭădas	*Inter Achaiadas longè pulcherrima matres.*	Ouid.
ăchāĭcus	*Et Danaûm solitæ naues, & Achaica castra.*	Virgil.
ăchātes, *vir*	*——Ipse vno graditur comitatus Achate.*	Virg.
ăchātes, *lapis*	*Cernitur egregius lapis hic, cui nomen achates.*	Priscian.
ăchēlas	*Ambrosium Peleus ingentem Ancaeis Achelam.*	Val. Flac.
ăchēlōĭus	*Poculáque inuentis Acheloia miscuit vuis.*	Virgil.
ăchēlōus	*Opperiuntur aquæ, vultus Achelous agrestes.*	Ouid.
ăchæmĕnes	*Nam tu quæ tenuit diues Achæmenes.* Choriamb.	Horat.
ăchæmĕnĭdes	*Littora Achæmenides, comes infelicis Vlyssi.*	Virg.
ăchæmĕnius	*Mundus, Achæmeniis decurrant Medica Susis.*	Lucan.
achan	*Posset nostra manus, cùm victor concidit Achan.*	Prud.
acheldemach	*Campus Acheldemach sceleris mercede nefandi.*	Amœn.
ăchĕras	*Hastytes nuper cæsa germanus Acheras.*	Sil.
ăchĕron	*Et saxa fluctu voluit Acheron inuius.* Iamb.	Senec.
ăcherontis	*Hinc via tartarei quæ fert Acherontis ad vndas.*	Virg.
ăchĕrontă	*Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo.*	Virg.
ăchĕrontĭcus	*Stagnis ad superos Acheronticis.* Choriamb.	Prud.
ăchĕrontĭa, *vrbs*	*Quicumque celsæ nidum Acherontiæ.* Alcaicus.	Horat.
ăchĕrūsĭus	*Et si præterea tamen esse Acherusia templa.*	Lucret.
ăchĕtus *flu.*	*——Pubésque liquentis Acheti.*	Sil.
ăchillas	*——Sceleri delectus Achillas.*	Lucan.
ăchilles	*Troas relliquias Danaûm, atque immitis Achilli.*	Virgil.
ăchillĕ, *vocat.*	*Quique tuas proauus fregit, Achille, domos.*	Prop.
ăchillĕa, *acc.*	*Sic neque Pelidem terrebat Achillea Chiron.*	Auson.
ăchillēus	*Stirpis Achilleæ fastus, iuuenémque superbum.*	Virgil.
ăchīuus	*Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui.*	Horat.
ăchŏreus	*Pellææ coire domus, quos inter Achoreus.*	Lucan.
ăcĭdālĭus	*Matris Acidaliæ, paulatim abolere Sichæum.*	Virg.
ăcidus	*——Atque acidis imitantur vitea sorbis.*	Virg.
ăcĭēs *singul.*	*Nam neque tum stellis acies obtusa videtur.*	Virg.
plural.	*Commissas acies ego possum soluere, nuptæ.*	Prop.
ăcĭcŭla	*Cultrorum thecæ, vaginulæ, acicula pungens.*	Anon.
ăcĭi	*Altera pars Acij vitasset fluminis vndas.*	Cn. Mar.
ăcĭlĭus	*Proximus eiusdem properabat Acilius qui.*	Iuuenal.
ăcīnăcis	*Insignis manicis, insignis acinace dextra.*	Valer.
ăcindŏnus	*Germani fratres sunt Chrestus, Acindonus alter.*	Auson.
ăcindȳnus	*Hic consul clarum produxit Acindynus auum.*	Symma.
ăcĭnus	*Aridum & ore ferens acinum, semesáque lardi.*	Horat.
ăcĭnōsus	vide Acinus & Animosus.	
ăcĭpenser	*Túque peregrinis acipenser nobilis vndis.*	Ouid.
ăcĭpensĕra	*Ad Palatinas acipensera mittite mensas.*	Mart.
ăcis, *vir.*	*Acis erat Fauno nymphâque Simæthide cretus.*	Ouid.
ăcis, *flu.*	*Lucus erat propè flumen Acin quod cãdida profert.*	Claud.
ăclides	*Oscorúmque manus, teretes sunt aclides illis.*	Virg.
ăcœtes	*Ille metu vacuus, nomen mihi (dixit) Acœtes.*	Ouid.
ăcŏnītum	*Lurida terribiles miscent aconita nouercæ.*	Ouid.
ăconteus	*——Donec flammatus Aconteus.*	Stat.
ăcontĭus	*Me tibi nuptarum felix eat omen, Aconti.*	Ouid.
ăcor, ōris	*——Libus est nobis conditus acore.*	Anon.

ăcorus

Marcell.	*Andrachnem, acorumq́;, opopanaca, pompholygemq́;.*	ăcōrus
Virg.	——*Viréſque acquirit eundo.*	acquīro
Virg.	*Arduus inde Acragas oſtentat maxima longè.*	ăcrāgas
Lucret.	*Quorum Acragantinus cum primis Empedocles eſt.*	ăcrāgantīnus
Anon.	*Iura ſua mordent acredino ſumpta palatum.*	ācrēdo
Virg.	*Hîc genus acre virûm Marſos pubemq́; Sabellam.*	ācrē
Idem.	*Intendunt acres arcus, armentáque torquent.*	ācrēs
Ouid.	*Vere calente nouos componit acredula cantus.*	ăcrēdŭla
Virg.	*Scintillæ abſiſtunt, oculis micat acribus ignis.*	ācrĭbus
Anon.	*Sufferre non valemus acrimoniam.* Iamb.	ācrīmōnia
Virg.	*Regia non Semele, non Inachis Acriſione.*	ācrĭsĭōne
Virg.	*Acriſionæis Danae fundaſſe colonis.*	ācrĭsĭōnæus
Ouid.	*An ſatis Acriſio eſt animi?*——	ācrĭsĭus
Horat.	*Acriter elatum pretium, ætas altera ſordet.*	ācrĭter
Anon.	*Suam volunt feramus acritudinem.* Iamb.	ācrĭtūdo
Horat.	*Infames ſcopulos Acroceraunia.* Choriamb.	ăcrŏcĕraunĭa
Stat.	*Tollit qua ſummas caput Acrocorinthus in auras.*	ācrŏcŏrinthus
Prud.	*Acroma feſtiuum fui.* Iamb. dim.	ăcrōma
Prop.	*Acron Herculeus Cenimûm ductor ab arce.*	ācron, is
Idem.	*Tempore quo portas Ceninûm Acrona petentem.*	ācrōna
Ouid.	*Fratre ſuo ſceptrum moderatior Acrota forti.*	ācrŏtă
	vide Acroceraunia *&* Amphipolis.	ăcrŏpŏlis
Ouid.	*Actæon ego ſum, dominum cognoſcite veſtrum.*	actæōn
Ouid.	*Et velut abſentem certatim Actæona clamant.*	actæŏnā
Virg.	*Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.*	actæus
Mart.	*Cogit me Titus actitare cauſas.* Phal.	actĭto, ās
Seren.	*Mentito toties placuere actore tragœdi.*	actŏr, ōris
Virg.	*Actoris Aurunci ſpolium.*——	actŏr *vir*
Ouid.	*Reppulit Actorides ſub imagine tutus Achillis.*	actŏrĭdes
Virg.	*Atque Getæ, atque Hebrus, atque Actias Orithya.*	actĭăs
Seren.	*Actiaco melli iungas agreſte papauer.*	actĭăcus
Mart.	*Obruit Actiaci quod grauis ira freti.*	actĭăcī
Virg.	*Actiáque Iliacis celebramus littora ludis.*	actĭus
Silius.	*Actutum vindex, mea ſi ſuprema referre.*	actūtum
Anon.	*Cotta, meum pectus compungit aculeus acer.*	ācūlēus
Mart.	*Nonnus aculeolos in cochleare tulit.* Pent.	acūlĕŏlus
Horat.	*Iudicis argutum quæ non formidat acumen.*	ăcūmen
Virg.	——*Curis acuens mortalia corda.*	ăcŭo
Virg.	*Poſtquam viſa ſatis primos acuiſſe furores.*	ăcŭi
Virg.	*Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera.*	ăcus, us
Mart.	*Et ſæpius tenues ducere credis acos.*	ăcus, *piſcis*
Anon.	*Ventus acus paleáſque leues ſuſtollet in altum.*	ăcus, ĕris
Virg.	*Frontibus hirſutis, & carice paſtus acuta.*	ăcūtus
Virg.	*Hinc alta ſub rupe canet frondatar ad auras.*	ăd
Virg.	*Talia dicta dabat, ſed viribus enſis adactus.*	ădactus
Anon.	*Neſcit adæquatas adferre ad pondera vires.*	ădæquo, as
Stat.	——*Remíſque inciſus adæſtuat amnis.*	ădæſtŭo
Anon.	*Adagia priſca cuncta callet Næuius.* Iamb.	ădăgĭum
Victor.	*Deceptum miſeratus Adam, quem capta venenis.*	Adam
Prud.	*Tinxit & innocuum maculis ſordentibus Adam.*	

ădămus	*Tum Dominus cæli mœstum compellat Adamum.*	Cypr.
ădămastus	*——Troiam genitore Adamasto.*	Virg.
ădămas, ntis	*——Solidóque adamante columnæ.*	Virg.
ădămantăs	*Sardonychas smaragdos, adamantas iaspidas vno.*	Mart.
ădămantĭnus	*Colchis flagrantes adamantina, sub iuga tauros.*	Prop.
ădămo	*Stultus Achilleos non adamasset equos.*	Ouid.
ădăpertus	*Pars adaperta fuit, pars altera clausa fenestræ.*	Ouid.
ădăpertilis	*Aspicis à dextra latus hoc adapertile tauri.*	Ouid.
ădarce	*Acaciam, Propolin, & Adarcen, Cnicon, Acanthū.*	Marcel.
ădārĕo	*Quodque est ex positum ventus dum siccat, adaret.*	Varr.
ădauctus	*Nam quæcumque vides hilari grandescere adauctu.*	Lucret.
ădaugesco	*Nam neq; adaugescit quidquam, neque deperit inde.*	Idem.
adhĭbō	*——Nunc adhibe puro pectore verba puer.——*	Horat.
addīco, is	*Emptor gaudentem nummo te addicere gestit.*	Horat.
addĭdi	*Addidit & nitidum sacratis crinibus orbem.*	Mart.
addĭtus	*——Nec Teucris addita Iuno Vsquam aberit.*	Virgil.
addŏcĕo	*Sollicitis animis onus eximit addocet artes.*	Horat.
addŭa	*Addua quo scissas spumosior incidat vndas.*	Claud.
addŭbĭto	*Nec ne sit addubites flagret rumore sinistro.*	Horat.
addūco	*Adducitque cutem macies.——*	Ouid.
addŭplĭco	*Adduplicabo gradum quamuis sim corpore fessus.*	Anon.
ădēdo	*——Penitas adedit gangrena medullas.*	Anon.
ădēdi, *præter.*	*——Nam sæpè fauos ignotus adedit Stellio.——*	Virg.
ădēdĕram	*Dum tandem fessi, quos lusus adederat ignis.*	Nemes.
ădēsŭrĭo	*Adesuriuit & inhiauit acriùs.* Iamb.	Anon.
ădēsus	*——Et postibus hæsit adesis.*	Virg.
ădēmi	*Abstulit & blandum terror ademit opus.*	Maxim.
ădemptus	*Ille per insidias penè est mihi nuper ademptus.*	Ouid.
ădĕo, is, *verb*	*Quin adeas vatem precibúsque oracula poscas.*	Virg.
ădĕō, *aduerb.*	*Atque adeò decus hoc æui, te consule, inibit.*	Virg.
ădĕōne	*Vsque adeone mori turpe est?——*	Virg.
ădeps	*Immittetur adeps ceparum non sine succo.*	Seren.
ădeptus	*A duce Tarpæo mons est cognomen adeptus.*	Prop.
ădĕro	*Omnibus vmbra locis adero.——*	Virg.
ădĕram	*Iámque dies infanda aderat, mihi sacra parari.*	Virg.
ădēs	*Huc ades, insani feriant sine littora fluctus.*	Virgil.
ădesse	*Extremámque tibi semper adesse puta.*	Mart.
ădessem	*Debetur, cuperem ipse pater spectator adesset.*	Virg.
ădĕundus	*Circuit ancipiti vix adeunda iugo.*	Mart.
ădĕuntes	*Tollit se ratio, & vitiis adeuntibus obstat.*	Grat.
adfrĕmo	*Adfremit his, quassátque caput.——*	Val. Fl.
adfŭi	*Adfuit, & celeri præuertit tristia leto.*	Lucan.
adfŭērunt	*Adfuerunt sicco Dryades pede, Naiades vdo,*	Calph.
ădhærĕo	*Cui canis ex vero dictum cognomen adhæret.*	Horat.
ădhæsi	*—— Tonsis illotus adhæsit Sudor.——*	Virg.
ădhæsus	*Nam neque pulueris interdum sentimus adhæsum.*	Lucret.
ădhĭbē	*Hos castris adhibe socios, & fœdera iunge.*	Virg.
ădhĭbēbĭtŭr	*Nec quicumque Deus quicumq; adhibebitur heros.*	Horat.
ădhĭbērĕ	*Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor.*	Virg.
ădhinnĭo	*Femina cornipedi semper adhinnit equo.*	Ouid.

Ouid.	*Ipse pater flauis Tiberinus adhorruit vndis.*	ădhorrŭi
Anon.	*Ecquid adhortabor sponte in sua fata ruentem?*	ădhortor
Virgil.	*Tellurem, Nympháſque. & adhuc ignota precatur.*	ădhūc
Virg.	*Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.*	ădī
Virg.	*Extinctus pudor, & quâ sola sidera adibam*	ădībam
Lucret.	*Nec delubra Deûm placidorum pectore adibis.*	ădībo
Ouid.	*Non adiit aptè, nec legit idonea credo Tempora.*	ădĭi
Propert.	*Per te immaturum mortis adimus iter.*	ădīmus
Virgil.	*Audet adire virum.* ——	ădīrĕ
Virg.	*Sub lucem exportans calathis, adit oppida pastor*	ădĭt
Virgil.	*Occupat Æneas aditum custode sepulto.*	ădĭtus, *subst.*
Horat.	*Septimi Gades aditure mecum* Sapph.	ădĭtūrus
Virg.	*Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras.*	ădĭgam
Virg.	*Adiiciam faciámque omnes vno ore Latinos.*	adĭiciam
Mart.	*Nil adicit penso Lachesis, fusóque sororem.*	adĭicio
Horat.	*Adiecere bonæ paulo plus artis Athenæ.*	adiēci
Prop.	*Terra parum fuerat, fatis adiecimus vndas.*	adiēcĭmŭs
Virgil.	*Qui sæpe occurrens, hæc limina tendere adegit.*	ădēgi
Ouid.	*Quæq; in Adimantum Thilesia regna tenentem.*	ădīmantus
Virg.	*Crescentique adimunt fœtus, vruntq; ferentem.*	ădĭmo, is
Iuuen.	*Liuida materno feruent adipata veneno.*	ădĭpātus
Tertul.	*Et potiùs venturæ adipisci præmia vitæ.*	ădĭpiscor
Horat.	*Et nunc si quid abest Italis adiudicat armis.*	adiūdĭco
Virg.	*Vertere Mœcenas, vlmisque adiungere vites.*	adiungĕre
Virg.	*Adiuro Stygij caput implacabile fontis.*	adiūro
Mart.	*Pictam phaselon adiuuante fert aura* Scaz.	adiŭuantĕ
Virg.	*Adiuuat, & magna proclamat voce Diores.*	adiŭuăt
Idem.	*Ire prior Pallas si quem fors adiuuet ausum.*	adiŭuĕt
Gratius.	*Respicit, & facilis Pæan adiuuit in artes.*	adiŭui
Ouid.	*Esse duos iuuenes firma adiumenta parentis.*	adiūmentum
Ennius.	*O Tite, si quid ego adiuto, curamve leuasso.*	adiūto
C. Seuer.	*Ipsa adiutat opes, faciléſque sibi induit annos.*	adiūtăt
Horat.	*Magnum adiutorem posset qui ferre secundas.* vide Adiutor oris.	adiūtor, ōris.
		adiūtōrium
Mart.	*Adlatras nomen quod tibi cumque datur.*	adlātro
Catull.	*Quâ solatus es adlocutione* Phalec.	adlŏcūtio
Anon.	——*Vlnáque mihi admetiris eadem.*	admētior
Tibul.	*Pauit & Admeti tauros formosus Apollo.*	admētus
Horat.	*Sed tamen admiror, quo pacto iudicium illud.*	admīror
Horat.	*Nil admirari propè res est vna, Numici.*	admīrāri
Virg.	*Ille operum custos, illum admirantur, & omnes.*	admīrantur
Iuuenal.	*Non propter nummos minor admiratio summis.*	admīrātio
Tibull.	*Quos admirata est ipsa nouerca prius.*	admīrātus
Iuuenal.	*Incidit Adriaci spatium admirabile rhombi.*	admīrābĭlis
Anon.	*Vires & administrat in bellum nouas* Iamb.	admĭnistro
Mart.	*Hoc admisisset nec Catilina nefas.*	admīsissem
Mart.	*Par scelus admisit Phariis Antonius aruis.*	admīsi
Virg.	*Proderit & tunsum gallæ admiscere saporem.*	admiscēre
Stat.	*Felix demeritos habet admissura parentes.*	admīssūra. *subst.*
Anon.	*Quadrupedum frenis cursum admoderatur equorū.*	admŏdĕro

admŏdŭlor	*Atque electiferis admoduletur aquis.*	Claud.
admōlior	*Admolirier ascensum vaga per tuga conor.*	Anon.
admŏnĕŏ	*Admonet & magna testatur voce per vmbras.*	Virg.
admŏnĭtūrus	*Scilicet oblitos admonitura mei.*	Ouid.
admŏnŭi	*Admonuitque sui vitulus sic namque minatur.*	Ouid.
admŏuĕo	*——Properantes admouet horas.*	Ouid.
admōuī	*Necdum illis labra admoui, sed condita seruo.*	Lucan.
admōuĕrim	*Cùm tibi sol tepidus plures admouerit auras.*	Horat.
admōtus	*Ille sibi admotas à virgine corripit escas.*	Prop.
admūgio	*Mollibus in pratis admugit fœmina tauro.*	Ouid.
admŭtilo	*vide* Mutilo.	
adnūbĭlo	*——Et velis adnubilat aura secundis.*	Stat.
adnītor	*Quid iuuat adniti? tandem rem confice sodes.*	Annon.
adnābam	*Paulatim adnabam terræ, & iam tuta tenebam.*	Virg.
adnāre	*Infandum caput ac terris adnare necesse est.*	Virg.
adnăto	*Agitque gyros, & comes lateri adnatat.* Iamb.	Senec.
adnāuimus	*Dispulit: huc pauci vestris adnauimus aris.*	Virg.
adnŏto	*vide* Annoto & Noto.	
ădŏlĕo	*Verbenásque adole pingues, & mascula thura.*	Virg.
ădŏlēmus	*Iunoni Argiuæ iussos adolemus honores.*	Virg.
ădŏlēre	*Cura penum struere, & flammis adolere penates.*	Virg.
ădŏlesco	*——Panchæis adolescunt ignibus aræ.*	Virg.
ădŏlescentia	*Regenda magis est feruida adolescentia.* Iamb.	Senec.
ădŏlēuĕram	*Martia ter senos proles adoleuerat annos.*	Ouid.
ădŏlēui	*Tu facito, mox cum matura adoleuerit ætas.*	Virg.
ādon	*Amnon & arentis Libyos, & Biblius Adon.**	Capell.
ădōnis	*Et formosus oues ad flumina pauit Adonis.*	Virg.
ădŏpertus	*Iam veniet tenebris mors adoperta caput.*	Tibul.
ădŏpīnor	*Deinde adopinamur, de signis maxima paruis.*	Lucret.
ădopto, as	*Ergo aliquod gratum Musis tibi nomen adoptes.*	Mart.
ădoptĭuus	*Quæ sit adoptiuis arbor onusta comis.*	Pallad.
ădor	*Esset ador loliúmque, dápis meliora relinquens.*	Horat.
ădōrĕus	*Instituúntque dapes, & adorea liba per herbas.*	Virg.
ădōro	*Iunonis magnæ primum prece numen adora.*	Virg.
ădōrem	*Bella gero, & quisquam numen Iunonis adoret?*	Virg.
ădōrantes	*Inter adorantes cùm fletit Hermogenes.*	Mart.
ădōrārem	*Pronus adoraret, cuius super æthera sedes.*	Sedul.
ădōrātus	*Ardet adoratum populo caput, & crepat ingens.*	Iuuen.
ădōrāta, *virg.*	*Vrbs adoratæ cineres puellæ.* Sapphic.	Prud.
ădŏrītur	*Conturbare animam potis est quicumque adoritur.**	Lucil.
ădorno	*Conus adornabat galeam cristæq; comantes.*	Anon.
ădorsus	*——Et nullum maius adorsa nefas.* Pentam.	Ouid.
adprĕcatus	*Rite Deos priùs adprecati.* Dactyl. Trochaicus.	Horat.
ădrastia	*Vt scelere infando, quod nec finit Adrastia**	Virg.
	Qualis & Adrasti fuerit vocalis Arion.	Prop.
ădrastus	*Ductorem belli generúmque potentis Adrasti.*	Stat.
adrāsus	*Adrasum quendam vacua tonsoris in vmbra.*	Horat.
adrēpo	*Adrepe officiosus, & vt scribare secundus.*	Horat.
ădria	*Non ego nunc Adriæ vereor mare noscere tecum.*	Prop.
ădrĭăcus	*Amnis, & Adriacus retro fugit Aufidus vndas.*	Virg.

Mart.	*Et Adrianus dulciùs culex cantet.* Scaz.	ădrĭānus
Horat.	*Siue mari libet Adriano.* Dactyl. Throchaic.	
Auien.	*Adrias vnda vadis longa procul exspuit algam.*	ădrĭās
Catull.	*Et hoc negat minacis Adriatici.* Iamb. purus.	ădrĭātĭcus
Auien.	*Hic seruṙsus aquis Adriatica marmora fundunt.*	
	vide Ascitus.	adscītus
Nemes.	*Obtundúntque nouos adroso robore dentes.*	adrōsus
Virg.	*Adsis, ô Tegeæ, fauens, oleæq; Minerua.*	adsīs
Horat.	*Sed vocat vsque suum, quia populus adsita certis.*	adsĭtus
	vide Aspicio.	adspĭcio
Pedo.	*Funeris exsequiis adsumus omnis eques.*	adsŭmus
Virgil.	*Aduehitur Teucros, Electram maximus Atlas.*	aduĕho
Virgil.	—*Viridique aduelat tempora lauro.*	aduēlo
Virgil.	—*Viui peruenimus : aduena, nostri.*	aduĕna
Virg.	*Aduen:at, vultus néue exhorrescat amicos.*	aduĕnĭo
Sedul.	*Aduenientis iter, hæc sit redeuntis & index.*	aduĕnĭens
Virgil.	*Hos super aduênit Volsca de gente Camilla.*	aduēnit, præter.
Horat.	*Illinere, interea Mæcenas aduenit, atque.*	aduĕnit, præs.
Alcim.	*Nam cùm terribilis iudex aduenerit, ille.*	aduēnĕrim
Priscian.	*Hinc aduenerunt, Hyrcanis bella ferentes.*	aduēnērunt
Silius.	—*Puer aduenerat eunte.*	aduēnĕrātus
Stat.	—*Et auratis aduerberat vnguibus armos.*	aduerbĕro
Horat.	*Aduersarius, & quò tu turpissime ? magna.*	aduersārĭus
Virg.	*Hic hymenæus erit, non aduersata petenti.*	aduersātus
Virg.	*Iret vt ad muros, vrbiq; aduerteret agmen.*	aduertĕrem
Idem.	*Et genus auditique aduertitis æquore cursum.*	aduertĭtis
Tibull.	*Nec tædebit auum paruo aduigilare nepoti.*	aduĭgĭlo
Auien.	*Cæculus accedens diti loca flumine adulat.*	ădūlat
Ouid.	*Agmen adulantum mediæ procedit in aula.*	ădūlantes
Iuuen.	*Cæcus adulator, dirúsque à ponte satelles.*	ădūlātor
Ouid.	*Obrutus insanis esset adulter aquis.*	ădultĕr
Senec.	*Adulterorum virgo deserui domum.* Iamb.	ădultĕrōrum
Virg.	*Quiq; ob adulterium cæsi, quiq; arma secuti.*	ădultĕrĭum
Horat.	*Adulteretur, & columba miluio.* Iamb.	ădultĕror
Virg.	—*Aliæ spem gentis adultos Educunt fœtus*—	ădultus
Lucret.	*Sed quasi adumbratim paullum simulata videmus.*	ădumbrātim
Prud.	*Artis adumbratæ meruit ceu sedula laudem.*	ădumbrātus
Anon.	*Quidquid adunatum grandi sub mole videtis.*	ădūnātus
Catull.	*Quis Deus tibi non bene aduocatus?* Phalæc.	aduŏcātus
Virg.	*Aduocat, & ramis vastisque molaribus instat.*	aduŏco, as
Senec.	*Patrem aduocaui, munere en patrio fruor.*	aduŏcāui
Horat.	—*Naso suspendis adunco.*	ăduncus
Virgil.	*Aduolat, haud alia est Turni venientis imago.*	aduŏlo, as
Senec.	*Fles aduoluta, quid prece indomitum domas?* Iamb.	aduŏlūtus
Horat.	*Remis adurgens, accipiter velut.* Alcaic.	ădurgĕo
Virgil.	—*Et Boreæ penetrabile frigus adurat.*	ădūro
Virgil.	*Atrides Protei Menelaus adusque columnas.*	ădusque
Virgil.	*Mittimus, isq; adytis hæc tristia dicta reportat.*	ădytum
Virg.	*Æacus in pœnas ingeniosus erit.* Pent.	æăcus
Ouid.	*Ipsúmque Æaciden, genus armipotentis Achilli.*	æăcides

æăcĭdēĭŭs	*Oenopiam Minor petit Æacideia regna.*	Ouid.
ææuus	*Infernique lacus Ææa, insula Circes.*	Virg.
ææs	*Purus in occasum, parui sed gurgitis, Ææs.*	Lucan.
ædē	*Quæ nec in æde sonent certantia iudice Tarpa.*	Horat.
ædĭbus	*Ædibus in mediis totos amplexa penates.*	Mart.
ædĭcŭla	*Si quis in ædicula Deus vnicus, hæc etenim sunt.*	Iuuen.
ædĭfĭco, as	*Ædificant, sectáque intexunt abiete costas.*	Virg.
ædĭfĭcātor	*Ædificator erat Centronius, & modò curuo.*	Iuuenal.
ædĭfĭcābĭtur	*Tunc bene purgato domus ædificabitur horto.*	Paulin.
ædĭfĭcārim	*Præduri validam ædificarit tegminis arcam.*	Alcim.
ædĭfĭcātus	*Ædificata manu, iacet illud nobile templum.*	Prud.
ædīlis	*Frangere pannosus vacuis ædilis Vlubris.*	Iuuenal.
ædīlibus	*Quando in consilio est ædilibus, agmine facto.*	Iuuenal.
ædīlĭtĭus	*Adstat præ foribus virga ædilitia nostris.*	Anon.
ædĭla	*Cùm dicis propera, fac: si facis, Ædila langues.*	Mart.
ædĭlus	*Gestari iunctis nisi desinis, Ædile, capris.*	Mart.
ædĭtŭus	*Æditúos habeat belli spectata domique.*	Horat.
ædĭtŭens	*Hospitibus loca quæ complerunt æditueńtes.*	Lucret.
āĕdon	*Quódque leues calami, quod suauis cantat aedon.*	Virg.
āēdŏna	*Si confers fulicas cygnis, & aedona parræ.*	Paulin.
āēdŏnĭus	*Sic & aedonia superantur voce cicadæ.*	Ouid.
ædŏnĭus	*Dulcius Ædonias hiemes, arctoáque frementem.*	Stat.
āĕllo	*Portubus infidis exterruit ales Aello.*	Ouid.
āĕr	*Aër, & longi voluent Titana labores.*	Lucan.
āĕră	*Aera per vacuum ferri atque assurgere in auras.*	Virg.
āĕris	*Aeris in campis latis, atque omnia lustrans.*	Idem.
āĕrĭus	*Protinus aerij mellis cælestia dona.*	Virg.
āĕrŏpē	*Si non Aëropen frater sceleratus amasset.*	Ouid.
æĕtēs	*Phasin & Æten, Scythicique pericula Ponti.*	Val Flac.
āĕītes	*Hic Aëites est, sonitum cui spiritus addit.*	Priscian.
æĕtĭăs	*Concipit interea validos Æætias ignes.*	Ouid.
æĕtĭus	*——En cuius thalamis Æætia virgo.*	Valer.
ægæ	*Non humiles Ægas, altúmque Capharea dixi.*	Stat.
ægæon, ōnis	*Audierat duros laxantem Ægæona nexus.*	Stat.
ægæōnă	*Ægæona suis immania terga lacertis.*	Ouid.
ægēus	*Dij maris Ægæi quos sunt penes æquora, venti.*	Prop.
ægălĕos	*Diues & Ægaleos nemorum.——*	Stat.
ægĕr	*——Vastos quatit æger anhelitus artus.*	Virg.
ægĕrĭa	*Ægeria est quæ præbet aquas, dea grata Camœnis.*	Ouid.
ægĭălē	*Quæsta est Ægiale quæsta est Melibœa relinqui.*	Stat.
ægĭălĭa	*Coniugis huc Diræ misit furor Ægialiæ.*	Auienus.
ægīdes	*Perfidus Ægides, ducentia fila secutus.*	Ouid.
ægīna	*Æacus Æginam genitricis nomine dixit.*	Ouid.
ægĭs	*Pectore cùm sacro sederit, Aegis erit.*	Mart.
ægĭda	*Ægidáque horrificam turbatæ Palladis arma.*	Virg.
ægȳsthus	*Quæritur, Ægystus quare sit factus adulter.*	Ouid.
æglē	*Ægle Naiadum pulcherrima ——*	Virg.
ægŏcĕrōtis	*Quo pacto æstiuis è partibus ægocerotis.*	Lucret.
ægŏcĕrus	*Ægocerum, Cancrúmque tenent.——*	Lucan.
ægos, ōnis	*Non verum Ægonis, nuper mihi tradidit Aegon.*	Virg.

Virg.	*Ergo ægrè rastris terram rimantur, & ipsis.*	ægrē
Horat.	*Fastidiosa tristis ægrimonia* Iamb.	ægrīmōnia
Iuuen.	*Quot temison ægros autumno occiderit vno.*	ægrōs
Anon.	*Expers laboris, omnis ægritudinis.* Iamb.	ægritudo
Mart.	*Zoilus ægrotat faciunt hanc stragula febrem.*	ægrōto, as
Horat.	*Ægroto domini deduxit corpore febres.*	ægrōtus
quærĭto, as	*Essem te mihi amice quæritando.* Phal.	Catull.
quærĭtŭr	*Quæritur huic alius nec quisquam ex agmine tãto.*	Virg.
quæsĭĕram	*Quidquid quæsierat, ventri donabat auaro.*	Horat.
quæsĭĕrim	*Tu ne quæsieris quem mihi, quem tibi.* Choriamb.	Idem.
quæsītŏr	*Quæsitor Minos vrnam mouet: ille silentum.*	Virg.
quæsītus, a, um	*Rex tibi coniugium, & quæsitas sanguine dotes.*	Virg.
quæsītās	*Quæsitas ad sacra boues Iunonis, & aris.*	Idem.
quæsītīs	*Asper & attentus quæsitis, vt tamen arctum.*	Horat.
quæsītūrus	*Quæsitura Deum variata indage latentem.*	Prud.
quæsīui	*Quæsiuit cælo lucem, ingemuitque reperta.*	Virg.
quæsīuērĕ	*Quæsiuere suum: namque omnis regia cæli.*	Pet. Arb.
quæsīuĕrim	*Castiges trutina, nec te quæsiueris extra.*	Pers.
quæsō	*Si non vnius, quæso, miserere duorum.*	Prop.
quæstŏr	*Quæstor auus, pater atque meus patruusq; fuissent.*	Horat.
quæstōrĭs	*Nosti mortiferum quæstoris Castrice signum.*	Mart.
quæstōrĭus	*Non quæstoria dignitas mouebat.* Phal.	Anon.
quæstūra	*Nec ius quæsturæ grata fuisse magis.*	Rutil.
quæstŭs	*Autumnusq; grauis, Libitinæ quæstus acerbæ.*	Horat.
quālēs	*Quales his pœnas Deus hic quantumq; minetur.*	Tibull.
quālĭs	*Qualis & arentes cùm findit Sirius agros.*	Idem.
quālīscunque	*Prudens prætereo, quibus hæc sint qualiacunque.*	Horat.
quālĭbĕt	*Romamq; Pontus qualibet exules.* Alcaic.	Idem.
quālĭtās, ātis	*Curanda mercis qualitas quænam mihi?* Iamb.	Prud.
quālĭtĕr	*Qualiter Assyrios renouant incendia nidos.*	Mart.
quālus	——*Tu spisso vimine qualos.*	Virg.
quamdĭū	*Lasso clienti quamdiu salutator.* Scaz.	Mart.
quamdūdum	*Quamdudum in nostras venit rex Parthicus oras?*	Anon.
quamlĭbĕt	*Quamlibet exiguum, noli contemnere lucrum.*	Idem.
quamprīdem	*vide* lampridem.	

quam-

Virg.	*Inuisam quærens quamprimum abrumpere lucem.*	quamprīmum
Virg.	*Quamuis Elysios miretur Græcia campos.*	quamuīs
Horat.	*Quando pauperiem missis ambagibus horres.*	quando
Mart.	*Quando moræ dulces, longusq; à Cæsare puluis.*	
Horat.	*Quandocunque trahunt inuisa negotia Romam.*	quandōcunquĕ
Idem.	*Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus,*	quandōquĕ
Virg.	*Dicite, quandoquidem in molli consedimus herba.*	quandōquīdem
Iuuenal.	*Gloria quantalibet, quid erit, si gloria tantum est?*	quantālĭbet
Idem.	*Quanticunque domus constet* ——	quantĭcunquĕ
Anon.	*Quantopere expetiit peregrinas tendere ad vrbes.*	quantŏpĕre
Mart.	*Nam terra est illi quantulacunque grauis.*	quantŭlăcunquĕ
Iuuenal.	*Quantula sint hominum corpuscula creditur olim.*	quantŭlus
Virg.	*Quantus ab occasu veniens pluuialibus hœdis.*	quantŭs
Virg.	*Qui iuuenes quantas ostentent, aspice vires.*	quantās
Virg.	*Punica se quantis attollet gloria rebus.*	quantīs
Idem.	*Quantos illa virûm magnam Mauortis ad vrbem.*	quantōs
Horat.	*At quanto meliora monet, pugnantiaq; istu.*	quantō, aduerb.
	vide Qua.	quāquā
Anon.	*Huc quaquaversum veniamus, tendimus omnes.*	quāquāuersum
Horat.	*Sic habet, accendis, quare cupiam magis illi.*	quārē
Idem.	*Frigida si puerum quartana reliquerit, illo.*	quartānus
Lucil.	*Porro homines nequam malus vt quartarius cippos.*	quartārius
Anon.	*Quartò prosequitur Phrygias mucrone phalanges.*	quartō
Virg.	*Quarum quæ forma pulcherrima Deiopeiam.*	quārum
Idem.	*Quas, & Tartaream nox intempesta Megæram.*	quās
Lucret.	*Et deuicta quasi cogetur ferre, patique.*	quăsī
Idem.	*Sed quasi naufragiis magnis, multisq; coortis.*	
Tibul.	*Sit tibi cura togæ potior, pressumq; quasillo.*	quăsillus
Virg.	*Parte alia horrendus visu quassabat Etruscam.*	quassābăt
Idem.	*Quassatam ventis liceat subducere classem.*	quassātus
Prud.	*Quassando pressis immoratur dentibus.* Iamb.	quassandō
Horat.	*Quatenus ima petit voluens aliena vitellus.*	quātĕnus
Virg.	*Substitit, atque vtero sonitum quater arma dedêre.*	quătĕr
Horat.	*Sæpè tribus lectis videas cœnare quaternos.*	quătĕrnus, a, um
Lucret.	*Quatinus in pullos animalis vertier oua.*	quātĭnus
Anon.	*Toto quatriduo quiescunt corpora.* Iamb.	quătrīdŭum
Virg.	*Sis bonus, ò fœlixque tuis en quatuor aras.*	
Ennius.	*Cedunt ter quatuor de cælo corpora sancta.*	quătŭor
Virg.	*Tinnitúsque cie & matris quate cymbala circum.*	quătĕ
Horat.	*Tu grauis curru quaties olympum.* Sapph.	quătĭēs
Virg.	*Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello.*	quătĭt
Idem.	*Præmisit quaterent campos, ipse ardua montis.*	quătĕrent
Iuuenal.	*Gentibus in nostris risu quatiare, sed illic.*	quătĭārĕ
Pet. Arb.	*Sanguineam tremula quatiebat lampada dextra.*	quătĭēbam
Horat.	*E quibus vnus auet quauis aspergere cunctos.*	quāuīs
Virg.	*Arma virumq; cano, Troiæ qui primus ab oris.*	quĕ, coniunct.
Virgil.	*Namque aliud quid sit, quod iā implorare queamus?*	quĕāmus
Idem.	*Nomine quemque vocans, notumq; efflagitat ensem.*	quemquĕ
Iuuenal.	*Esse putes quemuis hominem secum attulit ad nos.*	quemuīs
Virg.	*Hæc arma, exuuiásque viri tua quercus habebit.*	quercŭs, sing.

quer-

quercūs, *plur.*	*Quercus antè data, Cereris quàm semina viua.*	Virgil.
quercētum	*Querceta Gargani laborant.* Iamb. cum syllab.	Horat.
quĕrāris	*Multa priùs dominæ delicta queraris oportet.*	Prosper.
quĕrātur	*Vt rupes fluuiósque in campo obstare queratur.*	Horat.
quĕrēbar	*Interdum mecum grauiter deserta querebar.*	Prop.
quĕrēlā	*Rustica iudicio nostra querela tuo.*	Ouid.
quĕrēlīs	*Cur me querelis exanimas tuis?* Alcaic.	Horat.
quĕrĕrĕ, *fut.*	*Vnge meam morso sæpè querere fidem.*	Prop.
quĕrĕrĕr	*Nec quererer quòd sol graciles exureret artus.*	Tibul.
quĕrĕris	*Nec quereris patri; vade ergo, & cede seueri.*	Iuuenal.
quĕrĕrēmur	*De cunctis iustè damnatis non quereremur.*	Prosper.
quĕrĕrētur	*Cùm tristis quereretur & roganti:* Phal.	Mart.
quĕrī	*Plus nulli dedit ille, queri Bithynice noli.*	Idem.
quĕrĭbundus	*Curæq; insidiæ, atque hic queribunda senectus.*	Silius.
quĕrĭmōnĭa	*Versibus impariter iunctis querimonia primùm.*	Horat.
quĕrĭmur	*Dilutas querimur geminet quòd fistula guttas.*	Pers.
quĕrĭtur	*Amissos queritur fœtus, quos durus arator.*	Virg.
quĕrŏr	*Quid queror heu misero carmē nocuisse, quid herbas?*	Tibul.
quĕrŭlus	*Tertulit & querulo iurgia nostra sono.*	Prop.
quĕruntŭr	*Et latere ex omni dulce queruntur aues.*	Ouid.
querquĕrus	*Querquera consequitur febris capitisque dolores.*	Lucil.
questĭbus	*Integrat & mœstis latè loca questibus implet.*	Virg.
questūs, *part.*	*Vt hæc trementi questus ore constitit* Iamb.	Horat.
quī *pronom.*	*Nouimus, & qui te transuersa tuentibus hirquis.*	Virg.
quī, *pro* quis	*Qui genus, vnde domo?* ——	Virg.
quī, *aduerb.*	*Qui fit Mecænas, vt nemo quam sibi sortem.*	Horat.
quĭă	*Et quia desperes inuicti membra Glyconis.*	Idem.
quĭănam	*Heu quianam tanti cinxerunt æthera nimbi!*	Virg.
quĭănĕ	—— *Quiane auxilio iuuat ante leuatos.*	Virg.
quĭbŭs	*Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo.*	Virg.
quicquĭd	*Quicquid id est, timeo Danaos & dona ferentes.*	Virg.
quīcum	*Quicum partiti curas atque hic ita fatur.*	Virg.
quīcumquĕ	*Seu, quicumque furor, quid tum, si fuscus Amyntas.*	Virg.
quĭd	—— *Tuus ô regina, quid optes?*	Idem.
quĭd, *cur*	*Daphni quid antiquos signorum suspicis ortus?*	Idem.
quīdam	*Quatenus id facit vt quidam memoratur Athenis.*	Horat.
quĭdem	*Id quidem ago, & tacitus Lycida mecum ipse voluto.*	Virg.
quidlĭbĕt	*Dum tamen ædificet, quidlibet ille facit.*	Mart
quidnī	*Qui nescit, versus tamen audet fingere, quidni?*	Horat.
quidquĭd	*Quidquid id est, timeo Danaos, & dona ferentes.*	Virg.
quiduīs	*Cuilibet, argilla quiduis imitabitur vda.*	Horat.
quĭēs	*O mihi grata quies, ô blanda, Telesphore cura.*	Mart.
quĭētī	*Turba grauis paci, placidæq; inimica quieti.*	Idem.
quĭētĕ	*Quiete Neruas, comitate Drusones.* Scaz.	Idem.
quĭētus, a, um	—— *Sedes vbi fata quietas.*	Virg.
quĭētĭōrĕ	*Quietiore nec feratur æquore.* Iamb.	Horat.
quĭērant	*Corpora per terras, siluæq; & sæua quierant.*	Virg.
quĭērunt	*Vt primùm placati animi, & trepida ora quierunt.*	Virg.
quĭēuī	—— *Odijs aut exsaturata quieui.*	Virg.
quĭēuĕrăm	*Vix portu placido tuta quieuerat.* Choriamb.	Idem.

quī-

Anon.	*Sunt plures quimi, pauci Græcine quatrimi.*	quīmus
Catull.	*Aut quilibet qui pariter lauit dentes* Scaz.	quīlĭbet
Virg.	*Imperium sine fine dedi, quin aspera Iuno.*	quīn
Anon.	*Quinarium per ordinem stabant viri* Iamb.	quīnārĭus
Mart.	*Commendo tibi, Quinctiane nostros.* Phal.	Quīnctĭānŭs
Idem.	*Quintuplici cera cùm datur altus honos.*	quīntŭplex, ĭcis
Idem.	*Dicere quindecies poteram, quid pertinet ad te?*	quindĕcĭes
Horat.	*Quindecim Diana preces virorum.* Sapph.	quindĕcim
Anon.	*Quindenos hæc acta mihi iam vita per annos.*	quindēnŭs
Virg.	*Quinetiam cæli regionem in cortice signant.*	quīnĕtĭam
	vide Quindenus.	quingēnus
Anon.	*Quingenarius est puero persæpè decenni Stultior.*	quingēnārĭus
Virg.	*Hic quoque quingentos in se Mezentius armat.*	quingēntōs
Prud.	*Haudquaquam tamen esse Deum quinimò gehennæ?*	
Victor.	*Quinimo nil non causa Deus alme tuorum.*	quīnĭmo
Manil.	*Et quinquaginta regum regemq; patrémque.*	quinquāgintā
Mart.	*Mutua quod nobis ter quinquaginta dedisti.**	
Manil.	*Ter quinquagenas implebunt ordine partes.*	quinquāgēnus
Mart.	*Quinquagesima liba septimamq;* Phal.	quinquāgēsĭmus
Plaut.	*Quinquagies ex auctione ceperit.* Iamb.	quinquāgĭēs
Iuuenal.	*Incipit optare, & totis quinquatribus optat.*	quinquātrĭbus
Ouid.	*Quinque ter implebat, nec non & cætera tantum.*	quinquĕ
Sidon.	*Quinquennalia fascibus dicentur.* Phal.	quinquennālĭs
Anon.	*Quintiles celebrabo iam Kalendas.* Phal.	quintīlis
Horat.	*Quintilio si quid recitares, corrige, sodes.* *	Quintīlĭus
Virg.	*Quinque greges illi balantum, quina redibant.*	quīnŭs
Horat.	*Quinas hic capiti mercedes exigit, atque.*	quīnās
Virg.	*Quippe ferant secum rapidi, verrantq; per auras.*	quippĕ
Virg.	*Cana fides & Vesta, Remo cum fratre Quirinus.*	Quĭrīnus
Ennius.	*Téque Quirine pater veneror, Horámque Quirini.*	Quĭrīnĕ
Virg.	*Ille Quirinali lituo, paruáque sedebat.*	Quĭrīnālis
Pers.	——*Quibus vna Quiritem Vertigo facit.*——	Quĭrĭs
Horat.	*Ludicra quid plausus, & amici dona Quiritis.*	Quĭrītis
Idem.	*Sed bellicosis fata Quiritibus.* Alcaic.	Quĭrītĭbus
Idem.	*Quæ cura patrum, quæue Quiritium* Alcaic.	Quĭrītĭum
Lucil.	*Concursus velut aurai, clareque quiritans.*	quĭrīto, as
Virg.	*Et quis erit modus? inquit, amor non talia curat.*	quĭs
Virg.	*Quis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis.*	quīs, *dat plur.*
Hel. Cin.	*Carmina quis ignes nouimus æthereos.*	quīs, *abl. plur.*
Virg.	*Quisque suos patimur manes: exinde per amplum.*	quĭsquĕ
Auson.	*Burras, quisquilias, ineptiásque* Phal.	quisquĭlĭæ
Virg.	*Quisquis es, haud credo inuisus cælestibus, auras?*	quisquis
Horat.	*Iure mihi inuideat quiuis, ita te quoque amicum.*	quĭuīs
Arator.	*Hæc Asiæ proferre vetat, nec Mysia quiuit.*	quĭuĭt
Virg.	*Demoror, ex quo me diuûm pater atq; hominum rex.*	quō, *abl.*
Virg.	*Quò fugis Ænea?*——	quō, *aduerb.* loci
Idem.	*Quò facere id possis.*——	quō *coniunct.* vt
Horat.	*Hæredes voluit quoad vixit, credidit ingens.**	quŏad
Idem.	*Quocirca mecum loquor hæc, tacitusque recordor.*	quōcirca
Iuuenal.	*Lenonum pueri quocumque in fornice nati.*	quōcumque, *abl.*

quō-

quōcunquĕ, *adu.*	*Quò me cunque rapit tempestas, deferor hospes.*	Horat.
quŏd, *pronom.*	*Prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis.*	Virg.
quŏd, *aduerb.*	*——Tetigere quòd arua Fertilis Ausoniæ.——*	Virg.
quōdam, *abl.*	*A quodam sene, non moratus ille.* Phal.	Mart.
quōdamtēnus	*Est quodam prodire tenus, si non datur vltrà.*	Horat.
quōlĭbĕt	*De ligno mihi quolibet columna est.* Phal.	Mart.
quōmăgĭs	*Quo magis exhaustæ fuerint, hoc acriùs omnes.*	Virg.
quōmĭnŭs	*Quominus est illis curæ mortalis egestas.*	Idem.
quōmŏdŏ	*Cum victore sequor, Mæcenas quomodo tecum.*	Horat.
quōmŏdŏcūmque	*Viuimus interea quomodocumque tamen.* Pent.	Anon.
quōnam	*Dicite Pierides, quonam donetur honore.*	Tibul.
quŏnĭam	*An quoniam agrestem detraxit ab ore figuram?*	Prop.
quōpacto	*Ferrea texta suo: quo pacto respuit ab se.*	Lucret.
quōquam	*——Neque quoquam posse resolui.*	Idem.
quōquĕ, *ablat.*	Nunc decimo admittor vix ego quoque die.	Prop.
quŏquĕ, *coniunct.*	*——Damnabis tu quoque votis.*	Virg.
quōquō, *aduerb.*	*Illam quicquid agit, quoquo vestigia flectit.*	Tibul.
quōquōuersus	*Quum quoquouersus spatium vacet infinitum.*	Lucret.
quōrum	*Certantes, quorum stupefactæ carmine lynces.*	Virg.
quōs	*Quos inter medius venit furor, ille Sichæum.*	Virg.
quŏt	*Et quot Troïa tulit, vetus & quot Achaïa formas.*	Prop.
quŏtŭs	*Scire velim chartis pretium quotus arroget annus.*	Horat.
quŏtăcunquĕ	*Mouerit è votis pars quotacunque deos.*	Tibul.
quŏtannis	*Hic illum vidi iuuenem Melibœe quotannis.*	Virg.
quŏtīdĭe	*Nam mihi quidem quotidie augescit magis.* Iamb.	Terent.
quŏtīdĭānus	*Leuis dropace tu quotidiano.* Phal.	Mart.
quŏtĭes	*O quoties & quæ, nobis Galatea locuta est?*	Virg.
quotquŏt	*Non si tricenis, quotquot eunt dies* Alcaic.	Horat
quŏtŭplex, ĭ'is	*Dic, age, dic quotuplex hostis iusto insidietur.*	Anon.
quŏtusquisquĕ	vide Quotus.	
quōuis, *ablat.*	*Et tibi nunc quouis imperat empto modo.*	Horat.
quōuis, *aduerb.*	*Imò potiùs abeat hic, quouis gentium.*	Terent.
quōuiscumquĕ	*Quouiscumque loco potes hunc finire libellum.*	Mart.

R.

Raab	*Procubuit Iericho, sola stant atria Raab.*	Prud.
	Sola Raab meretrix, castam quæ gessit iniqua.	Paulin.
rābĭdā *ablat.*	*Obijcit ille fame rabida tria guttura pandens.*	Virg.
răbĭdārum	*Marte ruant sit qui rabidarum more ferarum.*	Stat.
răbĭes, ēi	*Et belli rabies, & amor successit habendi.*	Virg.
răbĭo, is	*Quid est quod blateras, quid rabis, quid vis tibi.* Iāb.	M. Varr.
răbĭōsus	*Hac rabiosa fugit canis: hac luculenta ruit sus.*	Horat.
Răbĭrĭus	*Cùm foret & Marsus, magniq; Rabirius oris.*	Ouid.
rābŭlă	*Causidici iam rostra petunt, rabulæq; forenses.*	Anon.
răcēmus	*Transierim Rhodia, & tumidis Bumaste racemis.*	Virg.
răcēmĭfĕr, ĕri	*Bacche racemiferos hedera redimite capillos.*	Ouid.
răcēmōsus	*Ista racemosis scatet area vitibus, atque.*	Anon.
Răcĭpālis	*Deiotarum, & gelidæ dominum Racipalin oræ.*	Lucan.
Răchēl	*Sara, Rebecca, Rachel Esther, Iudith, Anna, Noëmis.*	Fortun.
rādix	*Truditur è sicco radix oleagina ligno.*	Virg.
rādīcĕ	*Detulerat fixam, & lentam in radice tenebat.*	Idem.

Virg.	*Huius odorato radices incoque Baccho.*	rādīcēs
Virg.	*Nil radicis egent aliæ, summúmque putator.*	rādīcĭs
Idem.	*Nam quæ prima solo ruptis radicibus arbos.*	rādīcĭbus
Prop.	*Huic fluctus viuo radicitus abstulit vngues.*	rādīcĭtŭs
Anon.	*Quid radicatam tentas euellere quercum?*	rādīcor, āris
Anon.	*Hæserat in terra implexis radicula fibris.*	rādīcŭlă
Virg.	*Hinc radios triuere rotis.*——	rădĭus, *rotæ*
Ouid.	*Curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo.*	rădĭōrum
Virg.	*Excußi manibus radij, reuolutaque pensa.*	rădĭus, *textoris*
Idem.	*Discripsi radio totum qui gentibus orbem.*	rădĭus, *astron.*
Lucret.	*Non radij solis, neque lucida tela diei.*	rădĭī, *solis*
Virg.	*Nec fratris radiis obnoxia surgere luna.*	rădĭīs
Prop.	*Iniiciat radios in mea vina dies.*	rădĭōs
Ouid.	*Argenti bifores radiabant lumine valuæ.*	rādĭo, as
Virg.	*Sole repercussum, aut radiantis imagine lunæ.*	rădĭans
Lucret.	*Cessant, dum veniat radiatum insigne diei.*	rădĭātus
Fulgent.	*Sparserit, obliquo vel cùm radiauerit axe.*	rădĭāuĕrim
Virgil.	*Radit iter liquidum, celeres neque commouet alas.*	rādo, is
Mart.	*Radere te meliùs spongia, Phœbe potest.*	rādĕrĕ
Pers.	*Raderet, angusta collo non fallier orcæ.*	rādĕrĕt
Virg.	*Radimus & fatis numquam concessa moueri.*	rādĭmŭs
Anon.	*Itq; reditque viam tua radula semper eamdem.*	rādŭla
Lucret.	*Et ramenta simul ferri, furere intus ahenis.*	rāmentum
Mart.	*Arctatus labor est & breue rasit opus.*	rāsi, *præt.*
Virg.	——*Et torno rasile buxum.*	rāsĭlĭs
Anon.	*Nam mihi fœde caput radere rasor aues.*	rāsŏr, ōris
Idem.	*Cultros Pheraus horruit rasorios.* Iamb.	rāsōrĭus
Virg.	*Tum leues calamos, & rasa hastilia virgæ.*	rāsus
Anon.	*Hinc capitis rasura tui patet Aule supernè.*	rāsūra
Virg.	*Ramus humum, tuq; ô dubiis ne defice rebus.*	rāmŭs
Virg.	*Quis procul ille autem ramis insignis oliuæ?*	rāmīs
Idem.	*Euryalum tenebræ ramorum, onerosaq; præda.*	rāmōrum
Virg.	*Tum fortes latè ramos & brachia tendens.*	rāmōs
Sidon.	*Cernas ramosis palmas fruticare lacertis.*	rāmōsus
Catul.	*Myrteis Asia ramulis.* Glycon.	rāmŭlus
Virg.	*Sic positum in clauso linquunt, & ramea costis.*	rāmĕus,a,um
Pers.	*Fregerit articulos veteris ramalia fagi.*	rāmālĭa
Idem.	*Vt ramale vetus prægrandi subere coctum.*	rāmālĕ
Seren.	*Ramicis immensum fertur cohibere tumorem.*	rāmex, ĭcis
Iuuenal.	*Coneris, iacet exiguus cum ramice neruus.*	rāmĭcĕ, *ablat.*
Virg.	*Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.*	rānæ
Iuuenal.	*Et Pontum, & Stygio ranas in gurgite nigras.*	rānās
Anon.	*Consitus in nostro non est ranunculus horto.*	rānuncŭlus
Horat.	*Rancidũ aprum antiqui laudabant, non quia nasus.*	rancĭdŭs,a,um
Mart.	*Qui sic rancidulo loquatur ore.* Phal.	rancĭdŭlus
Fortun.	*Qualiter aut Raphaël occursum impenderit almæ.*	Răphăel
Catull.	*Percurrent raphaniq; mugilesq;.* Phal.	răphănus
Virg.	*Si periturus abis, & nos rape in omnia tecum.*	răpĕ
Senec.	*Mea membra raperet, & graui gemeret sono.* Iamb.	răpĕrĕt
Mart.	*Princeps Niliacis raperis Coracine macellis.*	răpĕris

răpiāmus	*Threïcio Aquilone sonant, rapiamus amici.* *	Horat.
răpiās	*An rapias, atqui rerum caput hoc erat, hic fons.*	Idem.
răpiātur	*Rapiatur ensis, hoc tacet ferro meus.* Iamb.	Senec.
răpimur	*Interdum rapimur vitiis, trahimurq; volentes.*	Maxim.
răpit	*Atque illum in praceps prono rapit alueus amne.*	Virg.
răpientibus	*Nec sic Æsonidem rapientibus anxia ventis.*	Prop.
răpo, ōnis	*Ne vos conturbent auri argentiq; rapones.*	Pomp.
Răpo *vir*	*Partheniumq; Rapo, & pradurum viribus Orsen.*	Virg.
răpāces	*Carpere prata fuga fluuiosq; innare rapaces.*	Idem.
răpācibus	*Vellem aut harpyis gula digna rapacibus, at vos.*	Horat.
răpācium	*Cerui luporum præda rapacium.* Alcaic.	Idem.
răpācitās, ātis	*Diræ filius est rapacitatis.* Phal.	Mart.
răpĭdīs	*Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra.*	Virg.
răpĭdōs	*Cùm rapidos amnes clauso fit gurgite murmur.*	Virg.
răpĭs	*Principium. Romæ sponsorem me rapis. eia.*	Idem.
răpŭit	*Marcentq; Tempe: rapuit hic Pindi iuga.* Iamb.	Senec.
răpīna	*Barbara pars læua est, auidæ substructa rapinæ.*	Ouid.
răpīnātor	*Homo impudicus impune est rapinator.* Scaz.	Lucil.
raptŏr, ōris	*Raptorisq; tulit qua via Ditis equos.*	Prop.
raptābam	*Raptabatq; viri mendacis viscera Tullus.*	Virg.
raptātus, a, um	*Raptatus bigis, vt quondam, aterque cruento.*	Virg.
raptāuĕrăt	*Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros.*	Idem.
rāpōrum	*Exsectum aut poto raporum semine pulsum.*	Seren.
rāpum	*Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa.*	Mart.
rāpŭlum	*Rapula, lactucæ, radices, qualia lassum.*	Horat.
rārā	*Retia rara plagæ, & lato venabula ferro.*	Virg.
rārĕfăcio	*Et rarefecit calido miscente vapore.* *	Lucret.
rārĕfactus	*Iure igitur pereunt cùm rarefacta fluendo.* *	Idem.
rārĕfio	*Nec rarefieri, si partes ignis eandem.* *	Idem.
rāresco, is	*Ventus & angusti rarescunt claustra Pelori.*	Virg.
rārescitis	*Phocis & Aonia iaculis rarescitis vmbræ.*	Stat.
rārescit	*In liquidas rarescit aquas.* ——	Ouid.
rārior, ōris	*Pulchrior est, quanto rarior iste color.*	Mart.
rārius	*Signa rarius, aut semel fac illud.* Phal.	Idem.
rārīs	*Prosequar & raris habitata mapalia tectis.*	Virg.
rārō, *aduerb.*	*Ieiunus stomachus rarò vulgaria temnit.*	Horat.
rārōs	*Si quis erit raros inter numerandus amicos.*	Mart.
rārus	*Qui velit ingenio cedere, rarus erit.*	Idem.
rāsit	*Arctatus labor est, & breue rasit opus.*	Idem.
rāsus	*Nota leges quædam, sed lima rasa recenti.*	Idem.
Rāsina, *fl.*	*Vatreno Rasinaq; pigriores.* Phal.	Idem.
rastrīs	*Massica qui rastris, & quos de collibus altis.*	Virg.
rătio	*Seu ratio dederit, seu sors obiecerit, illa.*	Horat.
rătiōnis	*Arma amens capio: nec sat rationis in armis.*	Virg.
rătiōnibus	*Sportula quid referat, quantum rationibus addat.*	Iuuenal.
rătiōcinor	*Paule sic tecum ratiocinare.* Sapph.	Anon.
rătiōnālis	*Quæ rationalis vis animæ fuerit.* Pent.	Paul. Ep.
rătiuncŭla	*Non satis hæc faciet cerebro ratiuncula nostro.*	Anon.
rătus	*Sum ratus esse feram, telumq; volatile misi.*	Ouid.
răti	*Nos abiisse rati, & vento petiisse Mycenas.*	Virg.

rătās

Horat.	*Spes iubet esse ratas, in prælia trudit inermem.*	rătās
Prop.	*Ah pereat quicumque rates & vela parauit.*	rătēs
Virg.	*Agricolæ, & pandas ratibus posuere carinas,*	rătibus
Virg.	*Qua ratu egit iter, iuncto boue plaustra trahuntur.*	rătĭs
Idem.	*Vrgeri volucrum raucarum ad littora nubem,*	raucārum
Catull.	*Multi raucisonis efflabant cornua bombis.*	raucĭsŏnus
Silius.	*Lenta paludosæ proscindunt stagna Rauennæ.*	Răuenna
Mart.	*Turpe Rauennatis guttur onocrotali.*	Răuennās, ātis
Anon.	*Ad vsque rauim clamito, nec audies? Iamb.*	rāuis
Horat.	*Raua decurrens lupa Lanuuino.* Sapph.	rāuus, a, um
Iuuenal.	*Rauola dum Rhodopes vdâ terit ora sinistrâ.*	rāuŏla
Catull.	*Quænam te mala mens misselle Rauide?* Phal. cum syll.	Rāuĭdus
Virg.	*Pro re pauca loquar, nec ego hanc abscondere furto.*	rē
Lucret.	*Esse Deûm matrem, dum re non sit tamen apse.*	rĕapse
Marcel.	*Agnoscenda magis siue exerenda rearis.*	rĕāris
Silius.	——*Magnaq; Reate dicatū Cælicolûm matri.*——	Rĕātĕ
Mart.	*Si det iniqua tibi tristem fortuna reatum.*	rĕātus
Virg.	*Sic equidem ducebam animo, rebarq; futurum.*	rēbar
Idem.	*Vt rebare venis, nec te sententia fallit.*	rēbārĕ
Fortun.	*Sara, Rebecca, Rachel, Esther, Iudith, Anna, Noëmis.*	Rĕbecca
Lucan.	——*Nisi cum vinci potuere, rebellent.*	rĕbello, as
Prosper.	*Et tamen iste labor sit forte rebellibus asper.*	rĕbellĭbus
Virg.	*Cum gemitu reboant, siluaque & magnus Olympus.*	rĕbŏo, as
Virg.	*Improbus & duris vrgens in rebus egestas.*	rēbus
Horat.	*Cui malè si palpere, recalcitrat vndique tutus.*	rĕcalcĭtro
Virg.	——*Recalet nostro Tiberina fluenta Sanguine.*——	rĕcălĕo, es
Ouid.	*Quid iuuat admonitu tepidam recalescere mentem.*	rĕcălesco
Ouid.	*Cæde recalfecit consorti sanguine telum.*	rĕcalfăcĭo
Idem.	*Solibus ætheriis altóque recandūt æstu.*	rĕcandeo, es
Mart.	*Nusquam garrula quod recantet Echo.* Phal.	rĕcanto, as
Prud.	*Frangeret, & recauo misceret labra palato.*	rĕcăuus
Mart.	*Nuda recede Venus, non est tuus iste libellus.*	rĕcēdŏ
Horat.	*Multa recedentes adimunt.*——	rĕcēdentēs
Mart.	*Gestatus fuerat, recesseratque.* Phal.	rĕcessĕrat
Idem.	*Regis superbi sportulæ recesserunt.* Scaz.	rĕcessērunt
Virg.	*Nec numero inferior pugnæ, nec honore recedes.*	rĕcēdes
Claud.	*Namque videbatur tenebroso obtecta recessu.*	rĕcessū
Priscian.	*Accessusque furit, siccisque recessus arenis.*	rĕcessus
Cn. Mar.	*Iam iam albicascit Phœbus & recentatur.* Scaz.	rĕcentātur
Virg.	——*Tepidúsque recenti Cæde locus.*——	rĕcenti
Prop.	*Spargite me lymphis, carménque recentibus aris.*	rĕcentibus
Virg.	*Consedit scopulo medius, numerúmque recenset.*	rĕcensĕo
Idem.	*Fortè recensebat numerum, carósque nepotes.*	rĕcensēbam
Claud.	*Prisca recensitis euoluite sæcula fastis.*	rĕcensītus
Virg.	*Vlta virum pœnas inimico à fratre recepit.*	rĕcēpi
Anon.	*Feris receptacula latronibus scatent.* Iamb.	rĕceptācŭlum
Virg.	*Planities ignota iacet, tutiq; receptus.*	rĕceptus, *nomen*
Virg.	*Si datur Italiam, sociis & rege recepto.*	*particip.*
Idem.	*Frigida Saturni sese quò stella receptet.*	rĕcepto, as
Iuuenal.	*Rusticus ille tuus sumit rechedipna Quirini.*	rĕchĕdipnă

rĕcīdĕre à cado	*At neque recidere ad nihilum res poſſe, neque autē.**	Lucret.
rĕcĭdit	*Recidit, vt malam ferro ſubmitteret, ad ſe.*	Iuuenal.
rĕcĭdĭmus	*In quem recidimus, quidquid mortale creamur.**	Ouid.
rĕcĭdīuus, a, um	*Et recidiua manu poſuiſſem Pergama victis.*	Virg.
rĕcīdĕ à cædo	*Quamprimum longas, Phœbe, recide moras.*	Mart.
rĕcīdet	*Tranſuerſo calamo ſignum ambitioſa recidet.*	Horat.
rĕcīdĕrĕ	*Condiſcant primóque recidere gramina morſu.*	Calphur.
rĕcīdĭtur	*Si non ſupplicio culpa reciditur.* Choriamb.	Horat.
rĕcinctus	*Vnum exuta pedem vinclis, in veſte recincta.*	Virgil.
rĕcĭno, is	——*Hæc recinunt iuuenes dictata ſenéſque.*	Horat.
rĕcĭpio	*Sic ait illacrymans, recipitque ad limina greſſum.*	Virgil.
rĕcēpi, *præt.*	*Vlta virum pœnas inimico à fratre recepi.*	Idem.
rĕcēpĕrim	*In quemcunque hominem me longa receperit ætas.*	Tibul.
rĕcīprŏcus	*Fertq; refertq; fretum, ſequiturq; reciproca Tethys.*	Silius.
rĕcīprŏcātus	*Reciprocatus adminiſtrat circulis.* Iamb.	Prud.
rĕcīſus	*Cùm ſemel in ſiluis ima de ſtirpe reciſum.*	Virg.
rĕcīſūrus	*Falce reciſurum ſimili te, ſi tibi regnum.*	Horat.
rĕcĭto	*Non recito cuiquam niſi amicis, idque coactus.*	Idem.
rĕcĭtārĕ	*Se tibi, quod ſpectant, quæ recitare ſolent.*	Mart.
rĕcĭtābo	*Plus ego polliceor, non recitabo tibi.*	Idem.
rĕcĭtārem	*Quintilio ſi quid recitares, corrige ſodes.**	Horat.
rĕcĭtās	*Protinus aut Marſi recitas, aut ſcripta Catulli.*	Mart.
rĕcĭtātor, ōris	*Indoctum doctúmque fugat recitator acerbus.*	Horat
rĕcĭtātūrus	*Quid recitaturus, circumdas vellera collo?*	Mart.
rĕcĭtāuĕrim	*Impune ergo mihi recitauerit ille togatos?*	Iuuenal.
rĕclāmo, as	——*Scopulis illiſa reclamant Æquora.*——	Virg.
rĕclīno, as	——*Ad Cephreus humeros palmóſque reclinet.*	Cicer.
rĕclīnārim	*Membra reclinaris, tenerámque illiſerit herbam.*	Val. Cat.
rĕclīnātus	*Feſtos, reclinatum bearis.* Iamb. cum ſyll	Horat.
	Iaceat recline paulum. Iamb. Anacr.	Rutil.
rĕclīnis	*Creſſia rura petit, viridique reclinis in antro.*	Calphur.
rĕclīuis	*Inq; ſinu iuuenis poſita ceruice reclivis.*	Ouid.
rĕclūdo	*Quid non ebrietas deſignat? operta recludit.*	Horat.
rĕclūdĭtur	*Ipſa ſatis tellus cùm dente recluditur vnco.*	Virg.
rĕclūdĕrĕ	*More iubebatur, triſtéſque recludere curas.*	Idem.
rĕclūſit	*Niſi tuas portas fraude reclusit amor.*	Prop.
rĕclūſus, a, um	*Sed per eos animum, vt foribus ſpectare recluſis.*	Lucret.
rĕcognoſco	*Dona recognoſcit populorum, aptátque ſuperbis.*	Virg.
rĕcōgor	*Si dubitas cineres in corpora poſſe recogi.*	Paul. Ep.
rĕcollĭgo	*In florem redeat, primóſque recolligat annos.*	Ouid.
rĕcŏlo, is	*Luſtrabat ſtudio recolens, omnemque ſuorum.*	Virg.
rĕcŏlāmus	*Murus erit, recolamus abhinc ſignata ſacratis.*	Paul. Ep.
rĕcompŏsĭtus	*Pone recompoſitas in ſtatione comas.*	Ouid.
rĕconcĭlio	*Cinna reconciliat patrem, mentémque ſerenat.*	Anon.
rĕcondo, is	*Aut ſuper Italiam ſacrata ſede recondam.*	Virg.
rĕcondĭtus	*Aſt aliæ, quoties aulæa recondita ceſſant.*	Iuuenal.
rĕconflor	*Vnde reconflari ſenſus per membra repente.*	Lucret.
rĕcŏquo, is	*Ceſſit amor, recoquunt patrios fornacibus enſes.*	Virg.
rĕcoctus	*Et Velabrenſi maſſa recocta foco.*	Mart.
rĕcordor	*Et vocem Anchiſæ magni, vultúmque recordor.*	Virg.

rĕcrĕa-

Horat.	*Testis marcentem squillis recreabis, & Afra.*	rĕcrĕābīs
Horat.	*Ter purè lecto poterunt recreare libello.*	rĕcrĕārĕ
Idem.	*Pierio recreantis antro.* Dactyl. Troch.	rĕcrĕantĭs
Idem.	*Arbor æstiua recreatur aura.* Sapph.	rĕcrĕātur
Lucret.	*Et recreauerunt vitam, legésque rogarunt.*	rĕcrĕāuērunt
Prud.	*Vrat recrementum focis.* Iamb dim.	rĕcrēmentum
Virg.	*Sæpè lapis recrepat Cyllenia munera pulsus.*	rĕcrĕpo, as
Ouid.	*Luna quater latuit, toto quater orbe recreuit.*	rĕcresco
Paul. Ep.	*Robur recretis crinibus.* Iamb. dim.	rĕcrētus
Senec.	*Fugissem, inhæret, ac recrudescit nefas.* Iamb.	rĕcrūdesco
Prud.	*Paulo ante ferrum mox recrudescentibus.* Iamb.	rĕcrūdescĕtĭbus
Horat.	*Rectiùs atque etiam meliùs persæpè togata.*	rectĭŭs
Mart.	*Quem Bromius, quē Pallas amat cui rector aquarū.*	rectŏr
Idem.	*Rectorem vacuo sinu remittes.* Phal.	rectōrem
Alcim.	*Promit, & erectos recturum mittit in artus.*	rectūrus
Ouid.	*Sub qua nunc recubas arbore virga fuit.*	rĕcŭbās
Virg.	*Alba solo recubans, albi circum vbera nati.*	rĕcŭbans
Calph.	*Per te secura saturi recubamus in vmbra.*	rĕcŭbāmus
Iuuenc.	*Vespere mox primo bis sex recubantibus vnâ.*	rĕcŭbantĭbus
Pedo.	*Illius aptus eras croceo recubare cubili.*	rĕcŭbārĕ
Mart.	*Debet Aricino conuiua recumbere cliuo.*	rĕcumbĕrĕ
Mart.	*Ad cœnam venies: sed sic diuisa recumbes.*	rĕcumbes
Anon.	*Serius aduigilat totumq; recuperat aurum.*	rĕcūpĕro
Catul.	*Et me recuraui ocymoq; & vrtica* Scaz.	rĕcūro
Mart.	*Rectam vocatus cùm recurrit ad cœnam.* Scaz.	rĕcurrĭt
Virg.	*Multa viri virtus animo, multúsque recursat.*	rĕcurso, as
Virg.	*Pontibus exponunt, multi seruare recursus.*	rĕcursus
Idem.	*Pastorale canit signum, cornúque recuruo.*	rĕcuruus
Ouid.	*Quique recuruatis ludit Mæander in vndis.*	rĕcuruātus
Virg.	*Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuso.*	rĕcūso
Idem.	*Vincla recusantum, & sera sub nocte rudentum.*	rĕcūsantum
Mart.	*Sæpè recusato Parthos duxisse triumphos.*	rĕcūsāto
Virg.	*Contorsit, stetit illa tremens, vtróque recusso.*	rĕcussus
Mart.	*Nec recutitorum fugis inguina Iudæorum.*	rĕcŭtītus
Prosper.	*Quo redametur amans, & amor quē cōserit, ipse est.*	rĕdămo, as
Ouid.	*Flamma redardescit, quæ modo nulla fuit.*	rĕdardesco
Virgil.	*Verba redargueret, nomen tamen haud leue partum.*	rĕdargŭo, is
Anon.	*Ille redargutus tacuit, mutus velut agnus.*	rĕdargūtus
Horat.	*Ad benedicendum, delectandúmque redacti.*	rĕdactus
Plaut.	*Redauspicandum esse in catenas denuò.* Iamb.	rĕdauspĭcor
Senec.	*Reddetur Helena, terror attonitos mouet.* Iamb.	reddētur
Virg.	*Reddemus Nymphis, & cùm lustrauimus agros.*	reddēmus
Mart.	*Lucem redderet Atropos vel vnam.* Phal.	reddĕret
Idem.	*Redderis heu quanto fatorum munere nobis.*	reddĕrĭs
Horat.	*Adempta vati reddidere lumina.* Iamb.	reddĭdĕrĕ
Idem.	*Te, boues olim nisi reddidisses.* Sapph.	reddĭdissem
Mart.	*Et raptas fatis reddidit iste colos.*	reddĭdĭt
Idem.	*Cùm pia reddiderint Augustum numina terris.*	reddĭdĕrint
Virg.	*Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.*	reddĭmŭs
Mart.	*Victor ab Odrysio redditur orbe Deus.*	reddĭtŭr

redditūrus	*Caussas suorum redditurus actuum.* Iamb.	Paul. Ep.
redditā	*Haccine pro meritis sunt reddita præmia nostris?*	Anon.
redditus	*Spirat Appellea redditus arte Memor.*	Mart.
rĕdĕo	*Tityre dum redeo breuis est via, pasce capellas.*	Virg.
rĕdĕās	*Vadas & redeas ad hoc vocatus* Phal.	Mart.
rĕdĕāmus	*Præbebat speluncæ domos, redeamus ad antra.*	Prud.
redhibēre	*Quæ data sunt semel, hæc non redhibere licet.* Pent.	Anon.
rĕdĕuntis	*Hic se forma Dei vultus redeuntis eodem.*	Virg.
rĕdĕuntibus	*Ex quo ter denis vrbem redeuntibus annis.*	Virg.
rĕdiens	*Aonio rediens deducam vertice Musas.*	Idem.
rĕdīre	*Redieret regna, rapta virginitas redit.* Iamb.	Senec.
rĕdīrĕ	*Et properet casum sæpè redire nemus.*	Mart.
rĕdit	*Quondam etiam victis redit in præcordia virtus.*	Virg.
rĕdiit	*Vt rediit animus, cultorem pauperis agri.*	Ouid.
rĕdibit	*Si dolor abfuerit corde, redibit amor.*	Prop.
rĕdībam	*Nō vnquam grauis ære domū mihi dextra redibat.*	Virg.
rĕditus	*At reditus iam quisque suos amat, & sibi quid sit.*	Ouid.
rĕditūrus	*Quatuor hæc fiunt, cùm rediturus eam.*	Mart.
rĕditūrā	*Fluminaq; in fontes cursu reditura supino.*	Ouid.
rĕdigo is	*Quòd si comminuas, vilem redigatur ad assem.*	Horat.
rĕdēgi, *præt.*	*Disiectosq; redegit equos, iunxitq; trementes.*	Lucret.
rĕdēgerim	*Mane quod occiduæ mulsura redegerit horæ.*	Calphur.
rĕdīmio	*Incipiens redimitur hyems.*——	Claud.
rĕdīmībam	*Infula cui sacra redimibat tempora vitta.*	Virg.
rĕdīmīcŭlum	*Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.*	Idem.
rĕdīmītus	*Vittis & sacra redimitus tempora lauro.*	Virg.
rĕdīmo	*Nolo virum facili redimit qui sanguine vitam.*	Mart.
rĕdīmendus	*Si tibi ab Atrida pretio redimenda fuissem.*	Ouid.
rĕdimuntur	*Hoc agitur pretio captiui cùm redimuntur.*	Prosper.
rĕdēmi, *præt.*	*Si fratrem Pollux alterna morte redemit.*	Virg.
rĕdemptor	*Vnam est dignatus ferre redemptor opem.*	Prosper.
rĕdemptōris	*Sæpè redemptoris prodere furta solet.*	Mart.
rĕdintĕgro as	*Fracta redintegrat, collapsaq; tecta resarcit.*	Anon.
rĕdintĕgrātio	*Ira hæc amoris est redintegratio* Iamb.	Terent.
rĕdiuiuus	*Ac velut exhausta rediuiuus pullulat arca.*	Iuuenal.
rĕdŏlĕo, es	*Feruet opus, redolentq; thymo fragrantia mella.*	Virg.
rĕdŏlērĕ	*Delicias Hinni vos redolere nurus.*	Mart.
rĕdōno, as	*Marti redonabo, illum ego lucidos.* Alcaic.	Horat.
rĕdūco, is	*Palma negata macrum, donata reducit opimum.*	Idem.
rĕdū ere	*Dij tibi dant capta classem reducere Troia.*	Idem.
rĕdūcitĕ	*Æthere misistis, post longa reducite vitæ.*	Calphur.
rĕdūcitur	*Carpere oues, dum mox frondosa reducitur æstas.*	Virg.
rĕductus	*Hic in reducta valle Canicula.* Alcaic.	Horat.
rĕdux, ūcis	*Namque tibi reduces socios, classemq; relatam.*	Virg.
rĕdūcĕ	*Quæ caussa lethi? reduce cur moritur viro.* Iamb.	Senec.
rĕduxi	*Dux aries saturas ipse reduxit oues.*	Virg.
rĕduncus	*Viribus vsus auis pennis rostroq; redunco.*	Ouid.
rĕdundo, as	*Gutture fac pleno sumpta redundet aqua.*	Idem.
rĕfēci	——*Faciem miserata refecit.*	Virg.
rĕfectus	*Quare refectus maximas tibi grates.* Scaz.	Catull.

refel-

Virg.	*Et solus ferro crimen commune refellam.*	rĕfello, is
	vide Refertus.	rĕfercĭo,is
Anon.	*Escis refertus venter altum nil sapit.* Iamb.	rĕfertus
Ouid.	*Opposita speculi referitur imagine Phœbus.*	rĕfĕrĭor,īris
Virg.	*Sedibus hunc refer antè suis, & conde sepulcro.*	rĕfĕr
Virg.	*Partem aliquam venti, diuûm referatis ad aures.*	rĕfĕrātis
Idem.	*Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis.*	rĕfĕrēbat
Idem.	*Cui Pyrrhus: Referes ergo hæc & nuntius ibis.*	rĕfĕrēs
Iuuenal.	*Gesta super calidæ referemus mœnia Copti.*	rĕfĕrēmus
Prop.	*Musa, Palatini referamus Apollinis ædem.*	rĕfĕrāmus
Idem.	*Néve aliquid de te flendum referatur in vrna.*	rĕfĕrātur
Virg.	*Ibant octonis referentes Idibus æra.*	rĕfĕrentēs
Horat.	*Hi fugiunt, penitúsque datis referuntur habenis.*	rĕfĕruntŭr
Virg.	*—— Nec enim numeros comprendere refert.*	rēfert, *imperson.*
Horat.	*Qui nil portarit, vel dic quid referat, intra.*	rĕfĕrăt
Anon.	*Intumuit pontus, fundóque referbuit imo,*	rĕferuĕo,es
Anon.	*Refibulauit turgidam faber zonam.* Scaz.	rĕfībŭlo
Mart.	*Horis me refici vix puto posse decem.*	rĕfĭcĭor
Virg.	*Temperat, & saltus reficit iam roscida luna.*	rĕfĭcĭt
Arator.	*Corpora, nec miseros operata refecerit agros.*	rĕfēcĕrĭt
Virg.	*——Auláque & cerea regna refigunt.*	rĕfīgo
Idem.	*Imposuit fixit leges pretio atque refixit.*	rĕfixi
Alcim.	*Et confracta diu, ac resoluta refingere vasa.*	rĕfingo
Catull.	*Persequamur eam & reflagitemus.* Phal.	rĕflāgĭto,as
Virg.	*——Et mollia colla reflectunt.*	rĕflecto,is
Lucret.	*Et reflexa propè in summo fluitare liquore.*	rēflexus
Idem.	*Verberat hic idem cùm ducitur, atque reflatur.*	rĕflo,as
Capell.	*Et Tanais versis sæpè reflatus aquis.*	rĕflātus
Virg.	*Cùm refluit campis, & iam se condidit alueo.*	rĕflŭo,is
Idem.	*Vt mare sollicitum strides refluentibus vndis.*	rĕflŭentĭbŭs
Rutil.	*Siue alio refluus nostro colliditur orbe.*	rĕflŭus,a,um
Anon.	*Hi refocillabant vino languentia membra.*	rĕfŏcillo,as
Idem.	*Dein refodit quæ terra tegit.——*	rĕfŏdĭo,is
Tertul.	*Ossa Prophetarum falsorum cuncta refodit.*	rĕfōdi, *præt.*
Virg.	*Ante reformidant ferrum ——*	rĕformīdō, as
Prop.	*Arbitrij ramus, non hæc vos esca reformat.*	rĕformo,as
Lucan.	*Ambit & adstrictos refouet complexibus artus.*	rĕfŏuĕo
Lucret.	*Quæ demersa liquore obeunt, refracta videntur.*	rĕfractus,a,um
Anon.	*Ille refragatus verbis mea dicta refutat.*	rĕfrāgor
Lucret.	*Religione refrenatus.——* *	rĕfrēno,as
Idem.	*His natura suum refrenat viribus auctum.*	
Seren.	*Atque olei succo refricans albentia membra.*	rĕfrĭco,as
Ouid.	*——Inclusa sua membra refrigeret vnda.*	rĕfrīgĕro, a
Alcim.	*Quod si nec refrigerio hoc exstinxerit omnes.*	rĕfrīgĕrĭum
Paul.Ep.	*Stillauit digito gutta refrigerij* Pent.	
Lucret.	*Refrigescit enim cunctando plaga per auras.*	rĕfrīgesco
Horat.	*Hectoreis opibus refringit.* Dact. Troch.	rĕfringo,
Idem.	*Belli ferratos postes portasq; refregit,*	rĕfrēgi
Virg.	*Ni refugis, tenuésque piget cognoscere curas.*	rĕfŭgio
Tertull.	*Affixit ligno refugarum immane trophæum.*	rĕfŭgus,a, um

 rĕfrī-

rĕfūgi, *præt.*	*Limitibus vicina refugit iurgia, tamquam.*	Horat.
rĕfūgĭmus	*Fratrumque quid nos dura refugimus?* Alcaic.	Idem.
rĕfūgus, a, um	*Torta caput, refugosque gerens à fronte capillos.*	Lucan.
rĕfulgĕt	*Splendidáque à docto fama refulget auo.*	Prop.
rĕfulsi	*Stella refulsit* Adonius.	Horat.
rĕfulsĕrim	*Quòd si dolosi spes refulserit nummi.* Scaz.	Pers.
rĕfundo, is	*Saxa fremunt, laterique illisa refunditur alga.*	Virg.
rĕfūsus, a, um	*Stagna refusa vadis* ——	Virg.
rĕfūto, as	*Italia ad mortem si te mors dira refutet.*	Idem.
rĕfūtāri	*Quæque refutari te quoque teste valent.*	Auien.
rĕfūtātus	*Ancipitique refutatu conuincere falsum.*	Lucret.
rex, ēgis	*Hinc populum latè regem bellóque superbum.*	Virg.
rēgĕ	*Quærenda, aut pacem Troiano ab rege petendam.*	Idem.
rēgēs	*Descendunt reges, & sicca morte tyranni.*	Iuuenal.
rēgī	*At Rutulo regi ducibúsque ea mira videri.*	Virgil.
rēgĭs	*Ante etiam sceptrum Dictæi regis, & ante.*	Virg.
rēgĭbus	*Regibus incessit magno discordia motu.*	Virg.
rēgālis	*At domus interior regali splendida luxu.*	Idem.
rēgālĭtĕr	——*Precibusque minas regaliter addit.*	Ouid.
rēgīna	*Ast ego quæ diuûm incedo regina, Iouisque.*	Virg.
rēgĭă	*Iampridem nobis cæli te regia Cæsar Inuidet.*	Virg.
rēgĭŭs	*Regius accitu cari genitoris ad vrbem.*	Idem.
Rēgŭlus	*Et qui miratur Regule thura dari.*	Mart.
rēgŭla	*Curua subit, vel cum fallit pede regula varo.*	Pers.
rēgĭfĭcus	*Regifico luxu furiarum maxima iuxtà.*	Virg.
rĕgo, is	*Pacatúmque reget patriis virtutibus orbem.*	Virg.
rĕgam	*Ipsa regam: tales dederat Saturnia voces.*	Idem.
rĕgāmus	*Communem hunc ergo populum, paribúsque regamus*	Idem.
rĕgātur	*Quem reget ex æquo, vicibúsque regatur ab illo.*	Lucan.
rĕgĕ	*Hunc sine me turbare globum, & rege tela per auras.*	Virg.
rĕgĕt	*Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus.*	Virg.
rĕgēbam	*Iam senior longa placidas in pace regebat.*	Virg.
rĕgĕre	*Tu regere imperio populos Romane memento.*	Idem.
rĕgĕrēris	*Tu potiùs regereris equo, non principe nostro.*	Sidon.
rĕgĕret	*Italiam regeret genus alto à sanguine Teucri.*	Virg.
rĕgī, *infin.*	*Aspicit oceanum, vertique regique videbant.*	Virg.
rĕgĭs	*Æternis regis imperiis, & carcere frænas.*	Idem.
rĕgĭmen, ĭnis	*His regimen natura dedit* ——	Manil.
rĕgĭōnibus	*At saltem Italiæ regionibus euehat actus.*	Prop.
rĕgĭōnĕ	*Euryale felix qua te regione requiram?*	Virg.
rĕgĕlo, as	*Candidus aprica Zephyrus regelauerit aura.*	Colum.
rĕgĕmo	*Ignem per bifores regemunt caua buxa cauernas.*	Sidon.
rĕgermĭnăt	*Densat odore comas, stupefacta regerminat arbor.*	Calphur.
rĕgĕro	Natura *vertet, regeret in fontem citas.* Iamb.	Senec.
rĕgĕrāmus	*Regeramus ipsi crimen, atque vltro impiam* Iamb.	Idem.
rĕgĕrendus	*Et lapis accretus regerendis ignibus aptus.*	Seuer.
rĕgestus	*Aurum regestum nónne carni acquiritur?* Iamb.	Prud.
rĕgigno, is	*Cùm videam membra ac partes consumpta regigni.*	Lucret.
rĕglūtĭno	*Quæ nunc tuis ab vnguibus reglutina.* Iamb.	Catull.
rĕglūtĭnābĭtur	*Rursus coibit ac reglutinabitur.* Iamb.	Prud.

regnā-

Virg.	*Hic iam tercentum totos regnabitur annos.*	regnābĭtŭr
Virg.	*Priamiden Helenum Graias regnare per urbes.*	regnārĕ
Idem.	*Qui fuit Ausonidûm, & tacitus regnauit Amyclis.*	regnāuĭt
Prud.	*Hospite regnante, crudus stupor aurea finxit.*	regnantĕ
Virg.	*Fas: haud ille sinit superi regnator Olympi.*	regnātor, ōris
Virg.	*Regnatorem Asiæ, iacet ingens littore truncus,*	regnātōrem
Virg.	*Thraces arant acri quondam regnata Lycurgo.*	regnātus, a, um
Idem.	*Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis.*	regnīs
Idem.	*Sternere, nec Priami regnorum euersor Achilles.*	regnōrum
Anon.	*Tendere nec ultrà me iuuat, neue regredi.* Iamb.	rĕgrĕdior
Valer.	*Funditus occidimus, nec habet fortuna regressum.*	rĕgressus
Lucret.	*Terráque cùm fumans humorem tota rehalat.*	rĕhālo, as
Virg.	*Sic ait, atque oculos Rutulorum reiicit arua.*	rĕiĭcio
Idem.	*Hæc fatus, duplicem ex humeris reiecit amictum.*	rĕiēci, *præt.*
Prosper.	*Quæ vestro exemplo reiecimus, addite sanctis.*	rĕiēcĭmus
Virgil.	*——Pascentes à flumine reice capellas.* *	rĕĭcio
Stat.	*Tela manu reicitque canes ——*	
Virg.	*Bis reiecti armis, respectant terga tegentes.*	rĕiectus
Lucret.	*Isti reiectant voces ad sidera mundi.*	rĕiecto, as
Horat.	*Nunc in Aristippi sensim præcepta relabor.*	rĕlābor
Virg.	*Impediunt, retrahitque pedes simul vnde relabens.*	rĕlābens
Prud.	*Ad portum fluitans cymba relabitur.* Choriamb.	rĕlābĭtur
Ouid.	*Imposito fratri moribunda relanguit ore.*	rĕlanguĕo
Virg.	*Namque tibi reduces socios, classémque, relatam.*	rĕlātus, *partic.*
Gratius.	*Antè relata, suas quàm nox bene compleat vmbras.*	rĕlāta
Licent.	*Indictum, contráque bonos responsa relatus.*	rĕlātus, *subst.*
Lucret.	*Dissoluunt nodos omnes, & vincla relaxant.*	rĕlaxo
Virg.	*Atque ideo tauros procul, atque in sola relegant.*	rĕlēgo, as
Ouid.	*Sexta relegatum bruma sub axe videt.*	rĕlēgātus
Ouid.	*Cùm relego scripsisse pudet, quia plurima cerno.*	rĕlĕgo, is
Virg.	*Talia monstrabat relegens errata retrorsum.*	rĕlĕgens
Horat.	*Dum tu declamas Romæ, Præneste relegi.*	rĕlēgi, *præt.*
Idem.	*Omnem relegit Idibus pecuniam.* Iamb.	rĕlēgit, *pr.*
Ouid.	*Neve relentescat sæpè repulsus amor.*	rĕlentesco
Seren.	*Aut illum puluis testis releuabit anethi.*	rĕlĕuābo
Priscian.	*Auxilium confert facilis releuamine partus.*	rĕlĕuāmĭnĕ
Ouid.	*Traxit, & è terra corpus releuare volentem.*	rĕlĕuārĕ
Senec.	*Releuate colla, mitior cœli status.* Iamb.	rĕlĕuātĕ
Virg.	*His vbi sollicitos animi releuauerat æstus.*	rĕlĕuāuĕram
Horat.	*Cogor relictos, namque Diespiter.* Alcaic.	rĕlictus
Fortun.	*Belliger hoc clypeo mandatis tela relidens.*	rĕlīdens
Horat.	*Nauta piger saxo religat, stertitque supinus.*	rĕlĭgo, as
Prud.	*Combibat infusum croceo religamine nardum.*	rĕlĭgāmen, ĭnis
Pedo.	*Cyaneósque metus iam religanda ratis*	rĕlĭgandus
Idem.	*Hoc fuit Andromache, cùm vir religatus ad axes.*	rĕlĭgātus
Horat.	*Multa quæ crines religata fulges.* Sapph.	rĕlĭgātă
Tibul.	*Ipsa Venus magico religatum brachia nodo.*	rĕlĭgātum
Virg.	*Gramineo ripæ religauit ab aggere classem,*	rĕlĭgāui
Idem.	*Antiqua populum sub relligione tueri.**	relligĭo, ōnis
Seu. Sāct.	*Quin veris famuler relligionibus.* Choriamb. *	relligĭōnĭbus

rĕlĭ-

rĕlĭgiōſus	*Appone porris religioſas arulas.* Iamb.	Prud.
	*Relligioſa pio ſi Chriſtum & credula corde.**	Alcim.
rĕlīno, is	*Theſauris relines prius hauſtus ſparſus aquarum.*	Virg.
rĕlinquo	*Eſſet ador loliúmque dapis meliora relinquens.*	Horat.
rĕlinquĕrĕ	*Tunc potes dulces ingrate relinquere nugas?*	Mart.
rĕlīqui, *præt.*	*Spem gregis ab ſilice in nudo connixa reliquit.*	Virg.
rĕlīquimus	*Omnia noſtra olim proiecta reliquimus omnes.*	Iuuenc.
rĕlīquĕro	*Frigida ſi puerum quartana reliquerit, illo:*	Horat.
rĕlīquĕrunt	*Analectos, & quidquid canes reliquerunt.* Scaz.	Mart.
rĕlīquiſſem	*Et fabulantem Canium reliquiſſet.* Scaz.	Idem.
rĕlĭquiæ	*Troas reliquias Danaûm, atque immitis Achilli.**	Virg.
rĕlĭquiārum	*Vbi reliquiarum reliquias conderem.* Iamb.	Plaut.
rĕlĭquus, a, um	*Texantur reliqua tecta palude tibi.*	Mart.
rĕlīſus	*Aſpergunt, alapis non vexat palma relīſis.*	Prud.
rĕlūceo, es	*Vcalegon: Sigæa ignis freta lata relucent.*	Virg.
rĕluctātur	*Et ſciſcitanti Lectio reluctatur.* Scaz.	Mart.
rĕluctantī	*Multa reluctanti obſtruitur.* ——	Virg.
rĕmănēbam	*Paruulus exuſto remanebat ſtipite fumus.*	Virg.
rĕmănet	*Non fugit, altrix, remanet, & penitus ſedet.* Iamb.	Senec.
rĕmănērĕ	*Et cubito remanere preſſo.* Dact. Troch.	Horat.
rĕmănērem	*Quippe vbi nulla latent animai pars remaneret.*	Lucret.
rĕmāno, as	*Percolatur enim virus, retróque remanat.*	Idem.
rĕmĕdium	*Cuiuis dolori remedium eſt patientia.* Iamb.	P. Mimus
rĕmĕo, as	*Capta maritus remeat, & Priami gener.* Iamb.	Senec.
rĕmĕābo	*Pulſa dabat, patriam remeabo inglorius vrbem.*	Virg.
rĕmĕābis	*Remeabis iterùm, non vti ſpolium trahas.* Iamb.	Senec.
rĕmĕābilis	*Me videt à tumulo, cùm iam remeabilis adſtat.*	Prud.
rĕmĕārĕ	*Atque obitus remeare ſuos, nec cedere luci.*	Helpid.
rĕmĕāui	*Vnde non vllus remeauit vmquam.* Sapph.	Senec.
rĕmĕāuĕram	*Iámque Galilæam remeauerat in regionem.*	Iuuenc.
rĕmenſus, a, um	*Arma deóſque parant comites, pelagóque remenſo.*	Virg.
rĕmētior	*Si modò rite memor, ſeruata remetior aſtra.*	Virg.
rĕmētitur	*Num redit in ortus, & remetitur diem?*	Senec.
rēmĭgĕ	*Siue opus eſt remo, remige carpit iter.*	Ouid.
rēmĭgis	*Laborioſi remiges Vlyſſei* Iamb.	Horat.
rēmĭgibus	*Stagnáque remigibus ſpument inuerſa canoris.*	Claud.
rēmĭgo, as	*Eminet ac læua tacitis ſubremigat vndis.*	Virg.
rēmĭgium	*Remigio alarum poſuitq; immania templa.*	Virg.
rĕmulcus	*Hic mea me longo ſuccedens prora remulco.*	T. Val.
rēmus	*Antè & Trinacria lentandus remus in vnda.*	Virg.
rēmīs	*Pinea, nec remis æqua fauebat auis.*	Prop.
rēmōs	*Frondentéſque ferunt remos, & robora ſiluis.*	Virg.
rēmōrum	*Agmine remorum celeri ventiſq; vocatis.*	Idem.
Rēmi, ōrū *vrbs*	*Præterea quæ me pridem Remis venientem.*	Sidon.
rĕmĭgro	*Inq; locum quando remigrant, fit blanda voluptas.*	Lucret.
rĕminiſcor	*Aſpicit, & dulces moriens reminiſcitur Argos.*	Virg.
rĕmīſi	*Vidit, & Alcidæ Nympha remiſit Hylam.*	Mart.
rĕmīſĕrim	*Nec nobis dederis, remiſeriſq;* Phal.	Idem.
rĕmīſimus	*Curſorem ſexta tibi Ruffe remiſimus hora.*	Idem.
rĕmiſſus	*Anchiſæ magni, manéſque Acheronte remiſſos.*	Virg.

rĕmit-

Mart.	*Ad sua captiuum quàm saxa remittere mullum.*	rĕmittĕrĕ
Horat.	*Poscentique grauem persæpè remittit acutum.*	rĕmittit
Ouid.	*Sæpè remoliri luctatur pondera terræ.*	rĕmōlĭor
Senec.	*Te mihi nec orbe remolito queat.* Iamb.	rĕmōlītus
Ouid.	*Salmacis eneruet, tactósque remolliat artus.*	rĕmollĭo
Idem.	*Cera remollescit, tractatáque pollice multas,*	rĕmollesco
Virg.	*Gratia si iuris materni cura remordet.*	rĕmordĕo
Horat.	*Et me remorsurum petis.* Iamb.dim.	rĕmorsūrus
Anon.	*Qui remoram faciunt, nec properare volunt.*	rĕmŏra
Tibul.	*Nec te vicino remorabitur obuia Marte.*	rĕmŏrābĭtur
Ouid.	*Et fugiunt freno non remorante dies.*	rĕmŏrantĕ
Prud.	*Nec remoratus ades, quæ tam vicina charybdis.*	rĕmŏrātus
Virg.	*Vestibulo in thalami paulum remoratur, & altum.*	rĕmŏrātur
Horat.	*——Tithonúsque remotus in auras.*	rĕmōtus,a,um
Sidon.	*Ad cuius specimen remotiora.* Phal.	rĕmōtĭōră
Horat.	*Abnuere, & tabulas à te remouere memento,*	rĕmŏuērĕ
Mart.	*Dentis Erythræi iam remouete sinus.*	rĕmŏuētĕ
Virg.	*Melláque decussit foliis, ignémque remouit.*	rĕmōui, *præt.*
Horat.	*Quin vbi se à vulgo & scena in secreta remorant.*	rĕmŏrant
Virg.	*Increpuit, sequitur clamor, cælúmque remugit.*	rĕmūgĭo
Horat.	*Inter pulchra situm tecta remugiat.* Choriamb.	rĕmūgĭăt
Idem.	*Ionius vdo tum remugiens nus.* Iamb.	rĕmūgĭens
Virg.	*Conscius audacis facti : caudámque remulcens.*	rĕmulcĕo
Virg.	*Cui Remulo cognomen erat.——*	Rĕmŭlus, *vir*
Ouid.	*Romulus obsequitur lucémque Remuria dixit.*	Rĕmūrĭa
Catull.	*At te his suppliciis remunerabor.* Phal.	rĕmūnĕror
Virg.	*Qua vada non sperat nec fracta remurmurat vnda.*	rĕmurmŭro
Tibul.	*Mœnia consorti non habitanda Remo.*	Rĕmus, *vir*
Horat.	*Sed iuremus in hæc, simul imis saxa renarint.*	rĕnārint
Virgil.	*Facta renarrabat diuûm, cursúsque docebat.*	rĕnarro
Stat.	*Cogitat, occultus sub corde renascitur ardor.*	rĕnascĭtur
Horat.	*Multa renascentur, quæ nunc cecidere, cadéntque.*	rĕnascentur
Pau. Cóf	*Ille renatus erit, talis modò vita sequatur.*	rĕnātus
Virg.	*——Nec fibris requies datur illa renatis.*	rĕnātis
Senec.	*Renauigari, cingitur duplici vado.* Iamb.	rĕnāuĭgo
Horat.	*——Morbo renes tentantur acuto.*	rēnēs
Arator.	*Renibus obstrictis, mysteria castus adire.*	rēnĭbŭs
Horat.	*Mea renidet in domo.* Iamb. dim.	rĕnīdĕo
Virg.	*Ære renidenti tellus, nec dum horrida miscent.*	rĕnīdentī
Lucret.	*Ære renidescit tellus, subtérque virum vi.*	rĕnīdesco
Priscian.	*Purior ac soli renitet nudatus ab vndis*	rĕnītĕo
Anon.	*Quantumuis dictis instes, tamen vsque renitar.*	rĕnītor ĕris
Ouid.	*Nullaque per Stygias vmbra renauit aquas.*	rĕno, as
Horat.	*Longam renodantis comam.* Iamb. dim.	rĕnōdo, ās
Virg.	*Infandum regina iubes renouare dolorem.*	rĕnŏuo, as
Mart	*Sanguineam rastris iam renouabat humum.*	rĕnŏuābat
Arator.	*In cithara versare manum, renouaberis, inquit.*	rĕnŏuābĕris
Tertul.	*Ipse figurator, renouator corporis ipse.*	rĕnŏuātor
Idem.	*Et Deus, & renouatus homo, miscentur in vnum.*	rĕnŏuātus
Arator.	*Ne renoueris aquis, Adam sub criminis ortu.*	rĕnŏuĕris

rĕnuntĭo, as	*Quasi non renuntiata sint, hæc sic fore.*	Terent.
rĕnŭo, is	*Pingitur, an renuis? vis tu gaudere relictis.*	Pers.
rĕnūto, as	*Incolumis transire potest, simulacra renutant.*	Lucret.
rĕŏr	*Iam reor hoc ipsos edidicisse deos.*	Tibul.
rĕpāgŭlum	*Flammiferis implent, pedibúsque repagula pulsant.**	Ouid.
rĕpandus, a, um	*——Truncóque repandus in vndas.*	Idem.
rĕparco, is	*Scilicet ex vlla facere id si parte reparcent.*	Lucret.
rĕpăro	*Damna tamen celeres reparant cælestia lunæ.*	Horat.
rĕpărārĕ	*Responde quibus amissas reparare queam res.*	Idem.
rĕpărābo	*Qui potui formare nouum, reparabo peremptum.*	Prud.
rĕpărāuĕram	*Tempora nauigij clarus reparauerat Eurus.*	Rutil.
rĕpărābĭlis	*Tu quoque clamabis nulla reparabilis arte.*	Ouid.
rĕpărantur	*Vulneribus reparantur, inops audacia tuta est.*	Pet. Arb.
rĕpărātus, a, um	*Vina Syra reparata merce.* Dact. Troch.	Horat.
rĕpărātĭo	*——Mors hæc reparatio vitæ est.*	Prud.
rĕpărātor	*Ipse etiam immensi reparator maximus æui.*	Stat.
rĕpărāui	*Classe cita reparauit oras.* Dact. Troch.	Horat.
rĕpartŭrĭo	*Téque reparturiens & mente & corpore Christo.*	Alcim.
rĕpecto, is	*Sparge diem meliora coma, crinémque repexi.*	Claud.
rĕpĕdo, as	*Ad propriámque domum repedat iam certa futuri.*	Iuuenc.
rĕpĕdāuit	*Et repedauit iter, dederat qua vipera morsum.*	Fortun.
rĕpello	*Iudice me, fraus est concessa repellere fraudem.*	Ouid.
rĕpellĭtŭr	*Instituêre manus, solúsque repellitur error.*	Arator.
rĕpendo	*Solabar, fatis contraria fata rependens.*	Virg.
rĕpensus	*Auro repensus scilicet acrior.* Alcaic.	Horat.
rĕpenti	*Magnanimum Phaëthonta repenti fulminis ictu.*	Lucret.
rĕpens	*Bina repens oculis occulit ora meis.*	Ouid.
rĕpentĕ	*Concreto riguit vincta repentè gelu.*	Mart.
rĕpentīnus	*Súmque repentinas eiaculatus aquas.*	Ouid.
rĕpercŭtit	*Vicinos nascens aurora repercutit Indos.*	Alcim.
rĕpercussus	*Sole repercusso, aut radiantis imagine lunæ.*	Virg.
rĕpĕrīrĭĕr	*Non maiore fide debet reperirier illud.*	Lucret.
rĕpĕrit	*Verùm vbi nulla fugam reperit fallacia victus.*	Virg.
reppĕrĭt	*At qui condiderat, postquam non repperit aurum.**	Auson.
rĕpĕrīrĕ	*Cedat vti conuiua satur, reperire queamus.*	Horat.
rĕpertor	*Ille tremor Ponti sæuique repertor Hydaspis.*	Pet. Arb.
rĕpertōrem	*Ipse repertorem medicinæ talis & artis.*	Virg.
rĕpertus	*Quæsiuit cælo lucem, ingemuitque repertâ.*	Idem.
